




Ganiveti
1550









N v

16/8

AMICVS MEDICORVM MAGISTRI IOANNIS GANIVETI,

*

Cum opusculo, quod inscribitur, Cæli enarrant: & cum abbreuiatione Abrahæ Aueneezræ de luminaribus, & diebus criticis.

QVIBVS ADIECIMVS Astrologiam Hippocratis, & indicem copiosissimum.

IN VIRTVTE ET FORTVNA.



LVGDVNI,

Apud Gulielmum Rouillium, sub scuto Veneto.

1550.


Ex Bibl. P. de Cardonnel MDCLIV

GVLIELMI RAMESEI SAGIENSIS AD LECTOREM,

EPIGRAMMA.

Quiſquis es in tutum facilè euaſurus aliptem,
Huc quoq; ad æthereum limen iturus ades.
Ianua nunc cunctis patet obice lata reiecto:
Dependet foribus clauis & ipſa ſuis.
En tibi promptus iter Ganiuetus mõſtrat eundũ,
Vt poteris nuſquam deuius eſſe miſer.
Nil dubites, noſter Medicorum ducet amicus:
Te dabit & voti mox habitare locum.
Nos omnes igitur demum illi ſoluere dignas
Conemur grates, qui hoc vigilauit opus.

VALE.



GONDISALVVS

TOLEDO SERENISSImæ Francorum Reginæ Medicus, Lugdunensisq; pro Rege electus, Antonio Toledo filio suo prospera virtutum studia insectari.





PERIPATETICOrum sententia haud dubia fuit, quòd ars naturam emuletur. Sic vt figulus ex eodē luto vasa duo fictilia construit, ad laudem vnum, ad vituperium & reliquum. Pari enim ratione format natura prius nos intus ad omnem fortunarum habitum, iuuat, aut impellit ad iram. Hic satus ad pacem: Hic castrensibus vtilis armis. Natu-

Aristoteles.

Paulus.

Horatius.

Propertius.

ræ ſequitur ſemina quiſque ſuæ. Sic mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus:
Perſius. Velle ſuum cuiq; eſt, nec voto viuitur vno.
Terẽtius Et quot homines, tot ſententiæ. Suus cuiq; mos eſt. Sic vnus, quam rem alius laudat,
Ouidi⁹. vituperat. Pectoribus mores tot ſunt, quot in orbe figuræ. Sic viſum eſt ſuperis: nulli Deus omnia ſoli contribuit: fati durus vbique tenor. Quare agreſte prouerbium
Adagiũ. verum eſſe cenſeo, videlicet, Lectum cani ſternere magnus labor. Dicti ratio ſi quæritur: quia ſcilicet ſi accubiturus huc atque illuc in gyrum vertitur: vt neſcias, vbi puluinar colloces. Idem de multis hominibus dici poteſt, quod de cane dictum vides. Multi enim ſunt, quibus nihil ritè fiat: ita crebrò voluuntur, vt quam in partem ſint caſuri, aut quid velint, ſcire nequeant. Cùm illis placuiſſe credas, nihil egeris, omnis labor, omne perit obſequium. Si vrbanas illis offeras delitias, ruris frugalitatem laudant. Si ex vrbe deduxeris, frequen

quentiam quærant, solitudinem execrentur. Si colloquio cœperis, fastidiant, indignenturq́ue, si taceas. Absentes desiderãt, præsentes despiciunt, amicos sæpe etiam oderint. Sed beatus qui soli Deo operam dare, sanctisq́ue lucubrationibus inuigilare, & incumbere potest. O miseras hominum mentes, ô pectora cæca. Qualibus in tenebris vitæ quantisq́ue periclis, Degitur hoc æui quodcunque est. Est amor, & rerum cunctis tutela suarum: Quisque suum laudat, studijs certamina crescunt: Et sua plus iusto carmina quisque probet. Quidam Theologiam amantes Astrologiam vituperant. Alij Astrononiam præferentes, Astrologiam paruipendũt. Alij Iuri nimis indulgentes, fori strepitus, atque iurgia vana sequentes, naturalem Philosophiam, & Medicinam, aliasq́ue scientias, & artes nauseantur. Sermocionalẽ scientiam (quam Logicen vocant) prædiligentes alij, semper argutiunculis sophismati-

Lucretius.
Valerius Flaccus.
Ouidius

busq; immersi alia respuunt. Alij Medicinam peruenerãtes, iura pontificia dedignantur. Sed quorsum hæc? nisi ad quorundam inuidorum oblatrantium garru-
Plautus. litates? Qui quasi mures semper alienum cibum edere conantur: liuore quodam moti de seipsis multùm præsumentes, Astrologiam olfacientes minimeq; gustantes in declamationibus, prædicationibusq; ad
Terentius. populum damnant. Verùm cùm omnium bonarum artium sint ignari, eam quam non nouerunt artem, vituperant. Sed crede mihi, homine imperito nũquam quic-
Aristoteles. quam iniustius est. Nemo profectò cæcus de coloribus iudicare sanè poterit. Hi nihil nisi, quod ipsi faciunt, aut dicunt, aut amant, rectum putant. Inuidia moti omnia dente canino rodunt. Dum malus
Sibilius. obtrectat facta immortalia liuor. Nec
Statius. sinit adiutas ductoris crescere laudes. O dirum exitium mortalibus: o nihil vnquam crescere nec magnas patiens exurgere

gere laudes inuidia. His verò magis inuident, quos ad virtutem rectiore tramite prodeuntes intuentur: & quos feliciorem ducere vitam cernunt. Quid generosum illum Ioseph in seruitutem redegit? Nempè inuidia fratrum. Vbi admirari licet, quàm rationis expers hæc ægritudo sit. Cùm enim exitum somniorum timerent, seruum fecerunt fratrem suum. Atqui si vera erant somnia, quónam pacto illorum exitus propulsari poterant? Sin falsæ visiones, quamobrem decepto inuidebant? Iam verò illorum sapientia in seipsos recidit. Quibus enim artibus vitare futura posse rati fuerant, his apertum futuris iter præbuere. Nisi enim venisset, nunquam in vincula coniectus fuisset. Nunquam cùm ministris Pharaonis familiaritatem iniisset. Nunquam somnia rimatus esset, quibus rebus totius Aegypti principatum, & à fratribus (qui ad eum ob frumenti penuriam venerant)

Genes. xxxvij.

Genes. xlij.

Paulus. adoratus esset. Sic virtus in infirmitate adaucta fuit, vt igne depuratur aurum. Pariformiter hi Theologelli Astrologiā dānantes fecere. nam ebur atramento candescunt: Rixanturq́ de lana caprina. Adagiū.

Damnent ergo sanctißimos, sapientißimosq́ doctores Christianæ religionis proceres diuino afflatos spiritu, qui eam docuere: ex quibus defensiones ipsius Astrologiæ liquidò intueri poterunt: longè quidem sapientius, quàm aduersarij impugnare sauciantur. Et si has, quas imprudenter, & à veritate ipsa alienas argutiunculas solui desiderant Lucium Bellantium Senensem: & Iacobum Gohonhemem Ostofranci natione Teutonicum, & sanctum Thomam, Albertum magnum, Vincentium, Commentatorem Decreti, qui non minoris ipso Decreto est autoritatis: dimißis Galeno, Auicenna, Hippocrate, Marone, Ouidio infinitisq́ alijs: quos eò, quia extra Christianam fuere legem, in

in medium afferre non opus est, perlegãt. Ex his omnibus itaque res apertè satis, imò luce clarius testari videtur, eos rectè & sensisse, & scripsisse, qui Astrologiam veram esse scientiam, atque sanctam, omniáque carere superstitione astruere conati sunt. quòd si nostræ fidei principes hoc sentiunt: quis tam cæcutiens, vt cæteros idipsum non opinari dubitet? Astrologia enim semper in maximo apud omnes homines honore fuit. Et tanta profectò in ea arte fuit vtilitas, vt sine ea duce, & magistra nihil diuinum, siue humanum, nihil inferius, siue superius, nihil paruum, siue magnum, nihil suaue siue absonum percipi, cognosci, aut intelligi penè queat. Quo fit, vt optio sanè iure à maioribus nostris liberalis vocitata sit ars, siue quòd ab omni ignorantiæ nubilo studiosorum mentes liberaret: siue quòd eam vtpote dignißimam, ac nihil in se habens seruile, nulli licebat eam ediscere, nisi libero libe-

Astrologiæ summa utilitas

raliterq́; educato homini. Sed quis eam satis pro dignitate laudare? quisue eius dignitatem & minus recensere valeat? quando ipsa deorum donum dicatur, quando ipsa vitæ gubernatrix, quando ipsa causarum omnium ratio, & explicatio horum omnium vna omniũ voce, atq; sententia prædicetur, atque comprobetur. Vt non immeritò Poëta Latinus in eius commen-
Boëtius. dationem protulerit: Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas, atq; motus omnes, et inexorabile fatũ. Et infra. Per eã nanq;
Aristo- Astrologiã omnium vegetabilium, sensi-
teles. bilium, rationaliũ, superrationaliumq́; corporũ nobis (vt dici solet) ad vnguem causæ rationes, & effectus exprimuntur, atque describuntur. Per eam omnium mortalium vita salutiferis præceptis excolitur. Per eam Ecclesiæ, populi, variæq́; nationes diuino cultui sese mancipantes gubernantur. Qua professione nulla certè dignior, præstabilior, aut admirabilior hac
in

in vita humana censeri debeat. Verùm si vellem cuncta cõplecti, quæ de ipsius laudibus, excellentia ac dignitate meritò dici possent, ac deberent, hoc profectò nec ingenij mei parua vis, nec epistolaris angustia pateretur. Sed ne omnia silentio transeam, memoratum id vnũ volo principem Ptolemæum in libro suo scripsisse, vi rum prudentem Astris dominari. Animaduertite obsecro, an ne fuerit ipsius Ptolemæi mens sacris literis similis, atque conformis. Rogemus quæso parumper nonos istos præceptores, an hæc sententia fidei nostræ Christianæ sit contraria: & an liberum tollat arbitrium? Desinat igitur aduersarius contumelijs suis nobilißimam Astrorum doctrinam impetere. Nemo ex verbis aduersarij sine aliqua ratione stultè temereq́; prolatis diuinam scientiam condemnandam existimet: sed pro suo quisque ingenio vel Astrologiæ libros lectitando, vel ab alijs discendo quanta fue-

Ptolemæus.

rit

rit eius doctrina, quantum ingeniũ, quanta dicendi vis animaduertat. Ita enim facilè ipsam quidem Astrologiam veram, ac iustam: aduersarij verò calumnias falsas iniquas, ac planè detestabiles esse comperiet. Et quam doctrinã gladio plũbeo iugulare conatur, in expuentem recidere, quod in cælum expuitur, continget.

Adagiũ.

O' corpus sine pectore. O' rana Aegyptiaca. O' bestia multorum capitum. Laudat theoricam, sed practicam damnat. Tuam patefacis ignorantiam. Quid practica sine theorica, vel econtrario conferatur. Expertos non expertis certius operari nemo nisi tui similis (vacuo capite) ambiget. Quid medico, aut infirmo prodesse posset elleborum (quo tu indiges) atram bilem euacuare posse, nisi ad actum potentia reducatur: illam fore frustra omnes & Philosophi & Medici asserunt. Sed scire debes, quòd veritas in omnem sui partem eadem est. Quæ decipiunt, nihil habent solidi. Te

Aristoteles.

Seneca.

di. Tenue est mendacium, perlucet si diligenter inspexeris. Id vnum ausim asserere, quòd qui Astrologiam ignorant, nullam Philosophiæ, nullam vel naturalium, vel diuinarum rerum cognitionem habere possunt, omniumq́ bonarum artiũ ignari asseuerantur. Percunctare medicum quonammodo venam pertundet, qua hora, quóve momento pharmacum ægrotis propinabit Astrologiæ indoctus? Cùm senex illè Hippocrates sub cane & ante canẽ molestam asserat pharmachiam. Quo etiam modo superflua membrorum secabit? Quomodo corpora humidiora, vel sicciora, quàm oportet, curabit Astrologiæ inscius? Dic & tu nauta, qua arte vel ingenio fretum transmeare satagis: partesq́ ponti, diuersasq́ insulas agnosces Astrologiæ ineruditus? Dic & tu telluris cultor, quomodo poteris seni dentalia figere dorsi, Aruaq́ mellifluis culta operire piris, Astrologiæ ignarus? Quónam pacto

Archi

Architector ad ædium, castrorumq́ ædificationem ligna secabit Astrologiæ inexpertus? Tu qui pastoralem exerces artem in armentis agnis, hœdisq́ educandis: nonne Astrologia indiges? Sed dimissis his, quæ corpori iuuamentum afferunt: ad ea, quæ diuino incumbunt cultui properemus. Tu bone pastor, qui oues à Christo Iesu Domino nostro commissas habes, vt eas pascas. Quomodo festa mobilia, Pascha ipsum, aureum numerum, cæteraq́ in kalendario contenta (quæ à Nicolao de Cusa Episcopo, atque Cardinali Brixineñ. quàm subtiliter declarata reperies) edocebis, si Astrologiam negligis? Certè tibi idem continget, quod illi Quadragesimæ temporis ignaro. Qui asseruit quadragesimam montes nequiuisse transire: propterea adeò tardo, ac fesso gradu accessisse, vt iam nihil amplius, quàm hebdomadam vnam secum ferret, reliquis in via relictis: & obinde hoc modico tempore, quo cum

Ioan.xx.

Pogius Florentinus.

cum plebanis suis mansura erat, confiteri, & pœnitentiam agere hortabatur. O omnium hominum insulsissime, pica loquacior, optimum tibi non nasci, aut ocyssimè aboleri fuisset. Dij faciant subitò fulminis igne cadas, liuore & rabie rumparis iniqua: ni sententiam mutaueris. Inquies: Astrologi multa mentiuntur. Dic ergo eos ignorare Astrologiam, quos tales noueris. Cur omnium fit, paucorum culpa scelus. Sæpius impediunt iustos peccata malorum. Non laudasti Astrologos planetarum eclipsim prædicentes, mortemq́ principum: caristiam victualium: & alia penè infinita (quæ vera esse cõperimus) prognosticãtes. Nõ est in medico semp releuetur vt æger. Et quãdoq; bonus dormitat Homerus. Verùm homines imperiti faciliùs, quod stultè dixeris reprehendere, quã quod sapiẽter tuleris, laudare possunt. Qua de re paucos ratio capit, aut probabilis oblectat intentio. Ad illud potius turba ducitur

Pamphilus.

Ouidius

Horatius.

tur

tur, quod ad remißionem curarum constat
Iuuenal. euentum. Migrat in exilium virtus, vitiumque triumphat: & in populis grande tribunal habet. Sed quò me mea vocat Epistola. Aduersario tandem omisso, fili mi Astrologiam venerare, & ei operam da: illam præ oculis Ptolemæi sententiam habendo:
Ptolem. quòd Medicus Astrologus multa mala prohibere potest, quæ secundum stellas ventura sunt. Verùm cùm in re minime dubia testibus, id est, exemplis, nō egemus: illud pro confesso tene, quòd iam tritum est sermone prouerbium. Nihil est inter mortales, quod adeò repentè exornet, nobilitet, & demum medicum clarū & famosum reddat: quàm hæc ipsa Astrologia: vt ex isto nunquam satis laudato libello (non ab re Amico Medicorum vocitato) quàm luculentißimè videre poteris: cuius autor Magister Ioannes Ganiuetus in ipsa Astrologia, et in sacra Theologia suo æuo facilè princeps, extitit. Qui in

Autor huius operis, quis?

deuota

deuota Seraphici Francisci religione in conuentu Vienensi diu sanctè & honestissimè degens, diem clausit extremum: ibiq́ ob suarum virtutum perfectionem, & excellẽtem in omni literarum & artium genere (& quammaximè in Astrologia) doctrinam: ab omnibus ferè Christianitatis, & regibus, & principibus, necnon ipso Pontifice maximo haud paruis annuis stipendijs donatus fuit. Quare eum fili mi perlegere non dedigneris: tibiq́ familiarem constitue, & Vale.

Ex Lugduno
prima
Nouembris, Anno Domini
M. D. VIII.



IN HVNC LIBRVM, QVI AMICVS MEdicorum inſcriptus, ac editus à magiſtro Ioanne Ganiueto ordinis Minorum in Conuentu Vienenſi,

EIVSDEM autoris Præfatio: in qua vtilitatem, & diuiſionem operis ſui declarat, feliciter incipit.



IN NOMINE DOmini amen. Incipit quidam breuis tractatus ad dirigendum Phyſicos in practica Medicinæ, quo ad influentiam Cæli, tam tempore epidimiæ, quàm aliis temporibus anni, vt ſciant ipſi Phyſici horas, & tempora, in quibus debent dare medicinas, vel applicare corporibus humanis: vt influentia iuuet opera medicinæ: quia ſæpe dantur

medicinæ laxatiuæ ſub influentia cæli ad oppoſitum renitenti. & quandoq; per oppoſitum propinantur medicinæ ad reſtringendum influentia cæli laxante & concurrente radice ſupercæleſti ad oppoſitum radicis, & deſiderii radicis inferioris. Secundò compoſitus eſt præſens tractatus, vt poſsint ipſi Phyſici Aſtrolo. prognoſticare pro ægro mortem, vel ſanitatem poſſibilem per influentiam cæli dominãtem, qua notitia habita per viam præſentis operis cum Dei auxilio poterint ſecurius & citius ſubuenire infirmis ad ſanitatem obtinendam & ſatis copiosè, & ſuccinctè per Dei gratiam ad propoſitum ponitur hìc in præſenti tractatu: qui diſtinguitur in quatuor partes, quæ vocantur differentiæ.

Et prima differentia in generali de numero cæleſtium orbium, & de motoribus eorum ſecundum doctrinam Philoſophorum antiquorum, & ſecundum veritatem Theologorũ, opiniones friuolas Philoſophorum corrigentium. Secunda differentia eſt de diſtinctione zodiaci cæli ſtellati & ſuarum partium, & de eius correſpondentia ad zodiacum nonæ Sphæræ, quæ primum mobile dicitur. Tertia differentia eſt de inquiſitione, à qua radice

proueniant epidimia, & mors in hominibus, & plus vno tempore, quàm alio & de modo cognoſcendi & pronoſticandi curſu naturæ & influentia cæli mortem, vel vitam ægro. Quarta differentia eſt de modis conſeruandi ſanitatem, & obuiandi periculis ægritudinum, & de ingenio expellendi morbos de corporibus humanis, quantum erit poſsibile artifici, ſeu miniſtro naturæ, & de modo medendi, & conficiendi medicinas, & fortificandi eas per influentiam cæli, & præcipuè per inuocationem nomininis Dei ſupra totam influentiam cæli. Et quælibet iſtarum quatuor differentiarum continet ſeptem capitula, in quibus capitulis elucidantur principia ſuarum differentiarum.

ARGVMENTVM.

Prima igitur differentia est de numero cælestium orbium, & de motoribus eorum, secundum doctrinam Philosophorum antiquorum, & secundum veritatem Theologorum, opiniones friuolas Philosophorum corrigentium.

Primum autem capitulum istius primæ differentiæ est de numero & ordine cælorum in generali: ad quem numerum peruenerunt Philosophi, & vltra & suprà Theologi reuelatione & doctrina Dei.



IRCA primum itaque huius primæ differentiæ capitulum, ſciendum eſt, quòd Philoſophi poſuerunt nouem cælos in generali, & quatuor elementa. Incipiendo igitur à parte inferiori, verſus nos dixerunt terram eſſe, & dixerũt eam eſſe ſphæricam & rotundam: cuius rotunditatem probauerunt rationibus geometricis per aſpectum ad cælum, & ad lineam æquinoctialem cæli, & hoc ma-

ximè in partibus Indiæ, in quadam ciuitate, quæ vocatur Arim, quæ diſtat ab Oriente 90. gradibus, à Gadibus Alexandri: & 90. gradibus à Gadibus Herculis ab Occidente, & 90. à polo arctico, & 90. à polo antarctico. ita quòd ciuitas illa ratione geometrica probatur eſſe in medio terræ, diſtans æqualiter à quatuor angulis æqualibus cæli: & habitatores illius loci veniendo verſus Septentrionem per directum perpendunt polum arcticum eleuari ſuper orizontem eorum, & quantum eleuatur eis veniendo verſus Septentrionem: tantùm antarcticus eis deprimitur. Quia ſi plana eſſet terra, & non rotunda æqualiter viderentur ſtellæ ab habitantibus ſupra terram in quacunque regione eſſent. hoc idem patet per eclipſes Solis, & Lunæ, quæ vna hora fiunt Orientalibus: alia verò hora fiunt ipſis habitantibus in Occidente: & aliquando

eſt

eſt differentia trium horarum æqualium. ex quibus rationibus concluditur rotunditas terræ, ſupra quam habitant homines beneficio Dei, & animalia ad ſeruitium hominum.

Notandum de Gadibus Alexandri & Herculis ſupratactis: quòd Gades idem ſunt, quod termini, quos terminos ſeu Gades Alexāder temporibus, quibus debellauit Orientem, poſuit in fine terræ habitabilis verſus Orientem iuxta mare, videlicet Orientale, ſub linea ecliptica de conſilio peritorum in arte Aſtrologiæ: & fecit inde hic fieri in littore illius maris turrim altam, quæ eſt ſignum memoriæ perpetuæ & in ſignum diſtantiæ à medio terræ. Pariforma Hercules bellans in Hiſpania poſtquàm deuicit reges illarum partium, videlicet, finium Hiſpaniæ, & fuit dominus Hiſpaniæ, fecit fieri de cōſilio peritorum in aſtris iuxta mare & hoc ſub linea ecliptica

turrim quandam, altam quam appellauit Gades à parte, videlicet, Occidentis: ita quòd non erat vltra locus terræ habitabilis, & manet illa turris vſque ad hodiernum diem vocata ab incolis illius terræ vulgariter, Le caſtel Pharaont. vel turris Herculis.

Et eſt ſciendum, quòd illic mare elongauit ſe ab illa turri per dimidiã leucam dimittendo turrim: cum turris fuerit primò in littore, & quãtum mare elongauit ſe ab illa turri, de tanto tranſiuit verſus partem Orientis: ita quòd Gades Alexandri pœnitus ſunt coopertæ in mari. & iſta habentur ex lectura theoricæ planetarum: ita ſuo modo creſcit aliquando Mare ſeptentrionale dimittendo de tanto partem meridionalem ſibi oppoſitã.

Poſt terram dixerunt eſſe aquam etiam protendentem figuram ſphæricam & rotundam, cuius rotunditatem probauerunt pariformiter per

aſpect

aſpectum ad cælum, quotidiana nempè eſt nautarum experientia, quòd quantô plus alicui polorum vicinantur, tantô magis ipſe eiſdem eleuatur: & quantò magis elongantur, tantò plus deprimitur. Eſt tamen non perfectè ſphærica, ſed figuræ ſemicircularis: miraculosè nanque in vna parte eleuatur propter vitam animantium habendam, vel tuendam. Supra quam poſuerunt aërem, & ignem etiam rotundarum figurarum: quæ elementa quatuor rotunda ſunt propter cælorum rotunditatem, ne vacuum, quod natura abhorret, poneretur: & ineſt rotunditas ipſis cælis, & omnibus elementis principaliter ad repreſentandum perfectionem, & ſimplicitatem Creatoris. Eſt enim figura rotunda omnium figurarum perfectiſsima, capaciſsima & ſimpliciſsima.

Viſa materia de conſideratione rotunditatis terræ, & aliorum elemen-

torum, videndum eſt de naturis quatuor elementorum. Terra in ordine inferiori habet ſiccitatem dominantem, & frigiditatem concomitantem. Aqua habet frigiditatem dominantem, & humiditatem concomitãtem. Aër habet humiditatem dominantem, & caliditatem concomitantem. Ignis habet caliditatem dominãtem, & ſiccitatem concomitantem. Ex quo patet, quòd vnumquodq; quatuor elementorum ſibi propinquo aſsimilatur in vna qualitate, & in alia contrariatur eidem: primum & vltimum, terra, & ignis per vnum medium copulantur, videlicet per ſiccitatem: & per duo contrariantur, ſcilicet per frigiditatem, & caliditatem.

Et eſt aduertendum pro elucidatione iſtius tractatus, quòd maior pars eius & principalis fundabitur in his proprietatibus quatuor elementorum, reducendo, & comparando na

turas

turas & influentias ſeptem planetarum ad proprietates quatuor elementorum, & conſequenter tractando de naturis, & proprietatibus ſtellarum comparando, & aſsimilando earum proprietates, & influentias proprietatibus, & influentiis ſeptem planetarum, & proprietatibus ſimplicibus, vel quandoq; geminatis quatuor elementorum.

De numero cælorum, ſciendum eſt in generali, quòd Philoſophi poſuerunt nouem cælos, & ordo talis eſt: Primò incipiendo à parte inferiori verſus nos poſuerunt cælum Lunæ diſtinctum ab aliis cælis: & hoc, quia viderunt motum Lunæ velociorem: & ſubſequenter poſuerunt cælum Mercurii propter rationes geometricas, quas experti fuerunt compoſitores tabularum. Deindè cælum Veneris. ſubſequenter cælum Solis medium inter cælos ſeptem planetarum, tan-

quam

quam palatium principis exiſtentis maioris virtutis ſibi collatæ à Deo inter cæteros planetas. In Sole nanq; poſuit tabernaculum ſuũ,& ipſe Sol tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Exultauit,vt Gygas ad currẽdam viam ſuam ab oriente in occidentem, ex declaratione textuali Nicolai de lyra ſuper pſalmũ, Cæli enarrant gloriam Dei,& opera manuum eius annunciat firmamentum. hoc eſt, cælum ſtellatum. Subſequenter aſcendendo ponunt cælum Martis habentis alium motum tardiorem Sole. ſubſequenter ponunt cælum Iouis habentis motum tardiorem Marte.& hoc in 12. annis complendo reuolutionem ſuã ſub zodiaco. poſtq́ue ponunt cælum Saturni ſeptimi & vltimi planetarum habentis motum tardiorem Ioue, quia altior eſt,& complet ſub zodiaco curſum ſuũ in 30. annis ſolaribus, poſtq́; aſcendendo ponunt cælum ſtellatum,

quod

quod est octaua sphæra existẽs magni ornatus, & mirabilis influentiæ, quos habet ab ipso artifice, qui eã creauit: & mouetur in 100. annis gradu vno contra motũ primi mobilis, & in isto fundamẽto ille magnus philosophus Plato posuit annum suum reuolutionis rerum omnium in trigintasex milibus annorum in quo tẽpore, & non in minori cælum stellatum cõplet reuolutionem suam. Supra istos octo cælos posuerunt Philosophi nonum cælum, primum mobile, quia viderũt, quòd octauum cælũ mouebatur duobus motibus, vno motu ab Oriente in Occidentem in die naturali & in 100. annis gradu vno: econuerso ab Occidente in Orientem. Perpenderunt igitur discursu naturali, & ratione, quòd idem corpus non posset moueri contrariis motibus. iudicauerunt itaque, quòd vnus erat ei naturalis, & alter motus ab aliquo alio agente superiori: &

ri:& sic posuerunt nonum cælum, hoc est, primum mobile, quòd mouet orbes septem planetarũ, & cælum stellatũ motu diuturno ab Oriente in Occidẽtem. Sed quia illi orbes, & cæli aliquid acquirunt processu temporis de motu contrario ab Occidente in Orientem: iudicauerunt ratione naturali supra nonam sphæram, & septem orbes planetarum esse alium motorem mobilem: à quo fierent isti motus, & istum motorem dixerunt primum mobile, hoc est, nonum cælum. Ad ista peruenerũt Philosophi ratione naturali, & multi sancti antiqui patres, vt Adã, & primogeniti iusti descendendo per generationem de quorum numero fuit Noë & Abraham, hii nanque multa habuerunt de istis per reuelationẽ diuinam. Et ista sunt quo ad dicta Philosophorum, & quo ad rationem naturalem. Et si qua habuerunt antiqui per reuelationem,
diui

diuinam, tantò fortius ea sunt tradita pro doctrina. Supra illos Theologi ponunt decimum cælum medium inter nonum cælum, & cælum empireũ: & istud cælum mouetur motu simplicissimo secundum Theologos: & aliqui dicunt istud cælum esse cælum cristallinum à materia multum lucida: & quodammodo vocatur cælum aqueũ. Iuxta illud Psalm. Benedicite aquæ omnes, quæ super cælos sunt domino. non quòd sit ibi aqua nec materia cristalli: sed quædam materia subtilis, & multum nobilis in comparatione vitri. iuxta istam considerationem quãtò aliquod cælum est altius, tantò aliqua conditione est nobilius. Supra istud cælum est cælum empireũ, quod est vndecimum, & est quietum, & non mouetur aliqua via, & est capacissimum: quia continet omnes alios cælos infra se: & est locus sanctorũ Angelorum, & sanctorum, & sanctarum,

&

& omnium ſaluandorum. & iſte eſt ordo cælorum vndecim, videlicet, cæleſtium orbium & quatuor regionũ elementarium. Primo enim eſt terra, & alia elementa tria, & ſeptem cæli planetarum, & cælum ſtellatum, & duo cæli inter cælum ſtellatum, & cælum empyreum: & ſic in numero ſunt quatuor regiones elementales, & vndecim orbes cæleſtes: & ſic in numero ſunt quindecim: ita quòd à cẽtro mundi vſque ad thronum veri Salomonis quindecim gradibus aſcenditur ad habẽdum futuram gloriam. Supra iſtos orbes omnes poſuerunt aliqui Teologi cælũ beatiſsmæ Trinitatis. Verùm hîc non fit mentio, niſi de cælis materialibus, nec dicitur oppoſitum, nec propoſitum: ſed adducitur ad propoſitum quodammodo quoddam dictum Philoſophorum Atheniẽſium, quorum quodam tempore vigintiquatuor ſolennes erant requiſiti à

Princi

Principe Athenienſium vt quilibet diceret opinionem ſuam de Deo, quid eſſet Deus. principalior ipſorum quæſiuit inducias ſeptem dierũ, poſt quos diceret, quid ei videretur. quos princeps ei conceſsit, & aliis Philoſophis vigintitribus pari forma: & quilibet aliorum vigintitrium Philoſophorũ poſuit in ſcriptis propriam opinionem promptus poſt 7. dies ad declarandum eam proteſtando, quòd principalis Philoſophorum primò diceret opinionem ſuam propriam. Trãſactis ſeptem diebus conuenerunt omnes ad principem, & alii fuerunt parati præter primum, qui pro opinione ſua declaranda adhuc petiit inducias quindecim dierum, quibus dilapſis comparuit coram principe iterum petens vnius menſis ſpatium: quo dilapſo tempus induciarum duplicari petiit: & ſic duplicando proceſsit ſuper inducias, petendo vſque ad ſpacium

ſex menſium, & tandem attediati tam princeps quàm alii Philoſophi compulerunt ipſum verbis ad dicendum opinionem ſuam: & tunc dixit iſtam propoſitionem: Deus eſt ſphæra intelligibilis, cuius centrum vbique eſt, circunferentia verò nuſquam. Aliqui aliorum Philoſophorum dixerũt ſummum bonum, ſummum verum: primam cauſam, à qua dependent omnia: & multas alias perfectiones mirabiles de Deo, ſcilicet, quis eſt mortalis, qui poſsit de Deo propriè loqui, nec de cælo in quo habitat: quia habitat in omnibus cælis, & in omnibus elementis, & vbique eſt per præſentiam, eſſentiam, & potentiam in inferno, & in cunctis elementis, & in cælis materialibus, & extra cælum per ſpatium infinitum, & intellectus humanus nequaquam apprehendere poteſt: nec Angelus valet ſufficienter intelligere, quia eſſe ſuum eſt infinitum eſſe, & eſſen-

tia eius idem ſunt in eodem. noſtrum intelligere in corpore humano valde eſt obnubilatum: etiam animæ ſeparatæ à corpore, intellectio eſt finita, & cuiuſcunq; Angeli: ita quòd intellectus creatus non poteſt attingere ad tantam intellectionem: & ſufficit nobis iudicio meo, hîc laudare opinionem illius Philoſophi, Deus eſt ſphæra intelligibilis per quandam ſimilitudinem, quia ſphæra dicitur perfecta, rotunda cuius ſphæræ cẽtrum eſt vbiq;, circunferentia verò nuſquam.

ARGVMENTVM.

Secundum capitulum eſt de numero, & ordine orbium particularium planetarum, & epiciclorum & cunctorum Cælorum nobis influentium ſecundum doctrinam Aſtrologorum.



Irca ſecundum huius differentiæ capitulum ſciendum eſt, quòd numerus, & ordo orbium particularium ſecundum doctrinam Aſtrologorum talis eſt.

Incipiendo versus nos est totale cælum Lunæ contiguum orbi ignis à parte inferiori in suo concauo continens infra se & sub se quatuor elementa infra concauum sui orbis:& à parte superiori in suo conuexo contiguatur orbi Mercurii:& in eodem cælo totali Lunæ sunt quatuor orbes particulares habẽtes distinctos motus,quorum motuum vnus non assimilatur alteri. Et de istis orbibus primus vocatur orbis totalis Lunæ continens intra se alios tres orbes:vt puta æquantem deferentem,& epiciclum : primus igitur orbis Lunæ est orbis , qui dicitur totalis : secundus dicitur æquans: tertius deferens:quartus epiciclus portans corpus Lunæ.

Mercurius plures habet orbes quàm alii planetæ,& motus varios. Ideo esset expediens ad intellectionem huius declarationis depingere in isto capitulo orbes Mercurii:sicut docetur in theo

theorica planetarum:ſed quia hîc non ponuntur, ponentur in fine libri præſentis. Et in ſumma Mercurius habet ſex orbes diſtinctos, & motus varios correſpondentes iſtis orbibus. & primo habet cælum totale, vt alii, & quatuor orbes ſecluſo epiciclo, & epiciclum ſuum, in quo defertur corpus planetæ, & mouetur. Reſiduum ſpeculationis huius materiæ remittitur theoricæ planetarum: & in ſumma cælum Mercurii habet ſex orbes, & cælum Lunæ quatuor: & ſic in ſumma ſunt decem.

Venus habet quatuor orbes, cælum totale, & orbem æquãtem, orbem deferentem, & epiciclum: & ſic Venus habet quatuor orbes adiunctis inferioribus in numero. Iſti tres cæli habent quatuordecim orbes.

Sol princeps planetarum creatus in medio ſeptem planetarum, tãquam cor in medio corporis humani eſt or-

dinatus in ſuis orbibus, ſiue epiciclo. Habet primò cælum ſuum totale, ſecundô ſuum orbem æquantem, tertiò orbem deferentem: & ſic in ſumma habet tres orbes particulares, numeratis his orbibus cum quatuordecim præcedentibus, erunt decem & ſeptem orbes particulares.

Mars, Iupiter & Saturnus quilibet iſtorum habet cælum ſuum totale, & orbem æquantem, & deferentem, & ſuum epiciclum. & ſic quodlibet illorum cælorum habet quatuor orbes quaſi particulares, qui ſimul iuncti faciunt duodecim: & iuncti ſimul cum præcedentibus faciũt vigintinouem, qui ſunt orbes particulares ſeptem planetarum.

Sequitur ſubſequenter de cælo ſtellato, quod eſt octauum cælum, quod dicitur firmamẽtum, quia ſtellæ ſunt firmatæ, & fixæ in eodem cælo. totum illud cælum eſt vnicum, & vnicus or-

bis,

bis, licet habeat duplicem motũ: vnum ab Oriente, qui ſecundum Aſtrologos vocatur violentus, quo motu fertur quolibet die ab Oriente in Occidentem, & ab Occidente in Orientem complẽs reuolutionem totalem, licet in centum annis moueatur motu naturali ab Occidente in Orientem gradu vno: & ille motus diuturnus cæli ſtellati, quo mouetur ex impulſu & tactu primi mobilis, dicitur violentus: quanquàm vterq; motus cæli ſtellati alio modo poſſet dici naturalis, quia obedit ſuo ſuperiori, id eſt, primo mobili: & præcipuè iſte motus ab Oriente in Occidentem, cæli ſtellati diurnus poſſet dici naturalis, quia obedit imperio Dei, qui ordinauit iſtum motum diurnum fieri per alium motum ſuperiorem, videlicet per motum primi mobilis. connumerato itaq; orbe octauo prædicto erunt orbes triginta. Licet enim duplicem ipſum fir-

mamentum habeat motum, vt ex supradictis claruit, quanuis etiam multiformibus imaginibus ornatum sit cælestibus muneribus: est tamen vnicus orbis totalis, quibus si connumeretur primum mobile, quod raptu quodam secum trahit triginta orbes prædictos in vigintiquatuor horis, & erunt in vniuerso orbes trigintavnus, ad quorum notitiam Astrologi, & Philosophi peruenerunt.

Circa quod est sciendum, quòd omnes isti cæli & orbes, influunt nobis in istis inferioribus per motum, & radium, per motum, calorem, per radiũ virtutem. Et est notandum, quòd licet cæli non habeant radios apparentes, vt Sol, vel vt corpus alterius planetæ, vel stellæ lucidæ: attamen habent radios virtuales, cùm sint corpora clara & diaphana: qui radii mittuntur ad aërem, & influunt secundum magis, & minus: vt diceretur de aliquo lapi

lapide precioſo, qui ex tactu haberet virtutem ſupra curam oculorum, vel ſuper aliquem alium morbum, vel aliquam proprietatem laudabilem: lapis ille eſſet appreciandus & diligendus pro vtilitate: ita in præſenti materia dicitur de corporibus habentibus virtutem, qua mediante operantur in nobis virtute eis data à Deo: dicitur rationabiliter, quòd honorabilius eſt Creatori, qui cælos creauit, quòd dederit eis virtutem & influentiã, quàm quòd nullam haberet influentiam ſeu virtutem. Et in hoc magis oſtenditur ſapientia & potentia Creatoris creando, & manutenendo res alicuius virtutis, quàm ſi eſſent inanes, & ſuperfluæ & nullius virtutis, vel comparationis: omnia creata cognita debent reduci per ſapientes in laudem Creatoris: & iſte debet eſſe finis proprius acquiſitionis omnium artium & doctrinarum licitarum reducere, videlicet in

laudem Creatoris: & ista fuit imaginatio Auicen. de cognitione orbium cæleſtium, quòd per hanc cognitionem eleuatur anima ad cognitionem & dilectionem Dei & ad vitam rectã.

ARGVMENTVM.

Tertium Capitulum primæ Differentiæ eſt de numero, & ordine intelligentiarum orbes Cæleſtes regentium & mouentium ſecundum dicta, & ſcripta, & opiniones Philoſophorum antiquorum.



Irca tertium capitulum videndum eſt de numero, & modo intelligendi Philoſophorũ, & de modo loquendi Philoſophorũ, de intelligentiis mouẽtibus orbes cæleſtes, quod capitulũ magis ponitur hic improbãdo, quàm approbãdo: quia ſecundum rei veritatem & doctrinam Theologorum in multis hic errauerunt à veritate, & poſuerunt numerum intelligentiarum ſeparatarum ſecundum numerum orbium, &

poſue

posuerunt eas æternas & necessariò mouere cælum:& per viam per quam mouetur ordine communi:& fuit ista opinio Auicen. inter cæteros tractantis prolixius materiam intelligentiarum. Considerauit nanque ipse primam causam, quæ est supra omnes intelligentias,& à qua omnes intelligentiæ dependent, simplicissimam esse, & nõ posse, vt sic producere per se ratione eius primæ operationis, nisi vnicã intelligentiam, per illud principium. Idem inquantum idem, non est natum facere nisi idem. & quia prima causa est simplicissima, potest producere vnicam intelligentiam in ratione primæ operationis, quæ immediatè dependet ab ea : & istam intelligentiam vocauerunt Philosophi intelligẽtiam primi mobilis. Et quia est immediata illa intelligentia ipsi primæ causæ, mouet magno impetu & fortitudine corpus sui mobilis, seu cæli & omnia cor

pora

pora cæleſtia inferiora. Intelligentia verò primi mobilis, quia eſt prima intelligentia dependens à prima cauſa: maioris virtutis eſt, quàm quæcunque intelligentia ſequens: & quia eſt cauſata à prima cauſa, & eſt annexa ſuo cælo ad motum eius continuandum, producit per actum ſui intellectus, & ſuæ intelligentiæ, & per receptionem fortitudinis, quam habet à prima cauſa, producit intelligentiam ſecundam immediatè ſub ſe, quæ dicitur intelligentia cæli ſtellati. Et iſta prima intelligentia cum ſecunda intelligentia producit corpus cæli ſtellati: & ſecunda intelligẽtia mouet illud cælum motu ſuo ordinario, & per iſtam viam tractauerũt Philoſophi iſtum numerum intelligẽtiarũ ſeparatarũ quàmplurima abſurda, & veritati Theologicæ repugnantia aſſerentes, procedendo ab iſtis ſuperioribus intelligentiis, vſque ad intelligentiam inferiorem

rem, videlicet, Lunæ quam vocauerũt datricem formarum in iſtis inferioribus: & aſcripſerunt iſtis intelligentiis poteſtatẽ magnam, & ſcientiam, & virtutes alias, & ſuperioribus intelligentiis maiores virtutes, & vniuerſales. Et quòd ſuperiores intelligẽtiæ ſunt cauſæ inferiorũ intelligentiarũ, & quælibet intelligentia eſt cauſa ſui cæli, vel ſui orbis particularis, iuxta quod videtur ſentire autor de cauſis propoſitione octaua ſic inquiens: Omnis intelligentia ſcit quod eſt ſupra ſe, & quod eſt ſub ſe: verũtamen ſcit, quod eſt ſub ſe: quia eſt cauſa eius: & ſcit, quod eſt ſupra ſe: quoniam acquirit bonitatem ab eo. Iſta propoſitio ſimpliciter eſt falſa: quia nulla intelligentia dependens, eſt cauſa alterius intelligentiæ, nec bonitatis eius: ſed Deus, qui eſt ipſa prima cauſa, qui creauit omnia, iuxta textum ſacræ ſcripturæ. In principio creauit Deus cælum, & terram.

Et

Et ſecundum magiſtrum ſententiarum quatuor creauit Deus in principio creationis omnium rerum:cælum Empireum, Angelos, materiã primã, & tempus,& mox repleuit Deus illud magnum cælũ Empireum Angelis,& nõ ſecundum numerũ orbium contra Philoſophos tenentes illam opinionem,de quibus ſanctis Angelis loquitur Daniel in textu Bibliæ, Milia milium miniſtrabant ei (hoc eſt Deo) & decies centena milia aſsiſtebant ei, quãquam in his duobus numeris non ſit numerus ſanctorum Angelorum.

Et eſt ſciendum circa hoc,quòd nullus Theologorum ſcribentium de ſanctis Angelis,dicit numerum ipſorum, nec numerus in ſacra ſcriptura reperitur. Tantus enim numerus eſt, quòd ſuper terram ignoratur:ideô fatuè opinati ſunt illi, qui voluerunt tractare numerum intelligentiarũ ſeu Angelorum ſecundum numerũ orbium

cæleſt

cæleſtium. Poſuerunt ſiquidem Philoſophi intelligentiam Lunæ regere quatuor elementa:& poſuerunt quãlibet intelligentiam eſſe, & præſidere in toto ſuo cælo & in ambitu ſui cæli & in omnibus contentis infra vſq; ad centrum terræ, & animas hominum mediante vehementi imaginatione coniungi intelligentiæ Lunæ per vehementem, & fortem imaginationẽ: & inde eſt, quòd aliquando homines acquirunt magna quæ deſiderant, ſi intelligẽtia Lunæ influat, quæ omnia ſunt abſurda, quia ſæpè per imaginationem humores in corpore humano alterantur. Vnde ſequuntur aliqua incommoda, vel quæ videntur eſſe ſtupenda,& hoc aliquando accidit in animalibus de virtute imaginatiua, ſicut habetur in quodã paſſu Bibliæ, de Iacob, qui ponebat duas virgulas duorũ colorũ ſuper fonte:& inde oues bibendo illorũ colorũ retinebant ſimilitu-
dinem

dinem in virtute brutali imaginatiua: & quando veniebāt ad generationem cum arietibus, remanebat illa ſimilitudo duorum colorum in ipſis ouibus, per quam imaginationem fœtus generati erant duorum colorum. hæc ponit Nicolaus de Lyra ſuper illo paſſu Gene. Ponit etiam vltra, quòd quædam matrona nobilis in partibus Hiſpaniæ, habebat fortem imaginationem tēpore generationis ſuper quadam chorea Aethyopum depictam in camera, & præſertim ſuper quodam magno Aethyope in iſta chorea depicto: quæ matrona tempore partus peperit puerum ſimilem Aethyopo magno depicto in chorea: nato itaq; puero, ſingulisq; credentibus ipſam matronam cum aliquo ſclauorum Sarraceniæ concubuiſſe, cùm natus nulli parentum aſsimilaretur, decreuerunt iuſtitiæ adminiſtratores, de conſenſu etiam habito parētum, & mariti ipſam

poſt

poſt reuelationem partus, quæ communiter in vnius menſis ſpatio completur, eſſe comburendam: ante tamen huius iuſtitiæ adminiſtrationem, ſeu executionem vocati fuerunt quidam ſapientes, ex quorum numero vnus petiit vt locum concubitus videret, quo viſo perpendit generationem illam factam fuiſſe fortitudine virtutis imaginatiuæ. Dixitq; illum magnũ Aethyopem nati eſſe patrem adducens Bibliæ textum in loco allegato: qua deductione audita liberata fuit matrona à combuſtione. Ex quibus claret multa in iſtis inferioribus contingere propria rerum natura, non prouenientia ab influentia ipſius intelligentiæ Lunæ. ex quo patet in iſta materia intelligentiarum ſeparatarum Philoſophos antiquos quibuſdam veris multa falſa immiſcuiſſe. Patet etiã ex hoc, quòd eorum opiniones non ſunt multum recitandæ, niſi breuiter:

ac etiam nec tractandæ, nec ſunt te-
nendæ: ſed improbandæ in præſenti
materia. Nec mirum ſi errauerunt lo-
quendo de ſubſtantiis ſeparatis: quia
ſæpe homines eleuati, & imbuti in ma
gna ſcientia deficiunt in iudicio par-
ticulari multarum rerum naturalium
arti eorum ſubiacentium, & intelle-
ctus, niſi eleuetur per Sacram ſcriptu-
ram, vel per ſpecialem inſpirationem
ſæpe deuiat à veritate, quod conſide-
rans Ariſtot. ij. Metaph. regratiatur
antiquis Philoſophis de doctrinis ſcri
ptis, & eorum laboribus: quia eorum
labores ſunt nobis occaſio acquirendi
veritatem. Ita regratiandum eſt iſtis
in parte circa hoc, quòd laborauerunt
ad inquirendum veritatem, & poſue-
runt ſubſtantias ſeparatas, & intelli-
gẽtias, & animas rationales, & omnia
iſta perpetuò manere, intelligẽtias ſi-
quidem perpetuas à parte ante, & à
parte pôſt: non tamen tantùm errauerunt

runt à veritate, quantùm multi mundani dicentes se sapientes esse, & stulti facti sunt, dicentes animas nostras rationales non manere post mortem, nec esse intelligentias separatas, nec primam causam. Iuxta illud Psalm. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.

ARGVMENTVM.

Quartum Capitulum huius primæ differentiæ est de numero, & ordine harum intelligentiarum, & modo mouendi Cælos imperio Dei benedicti, & quid debet censeri, vel improbari in hac materia generaliter, & cum timore scribendo secundum veritatem, & doctrinam Theologorum.



Irca quartum capitulum huius primæ Differentiæ, hoc est, circa veritatem de numero, & ordine harum intelligẽtiarum, intelligendum est, quòd numerus, & ordo nõ sunt nobis noti, nisi per quasdam reuelationes, & scripta aliquorũ

doctorum potius vtentium ratione argumentatiua Theologica, quàm reuelatione diuina: ſequentium in hac materia, in parte dicta beati Dionyſii in de Angelica Hierarchia dicentis, quòd duplex poteſt in præſenti eſſe via, & potentia mouendi cælos.

Prima imperio Dei benedicti, ſecluſa quacunq; applicatione cuiuſcunque Angeli. Alia via magis famoſa: quòd Deus qui eſt immobilis, manens dans cuncta moueri: dat certis Angelis, & de ordine determinato nouem ordinum Angelorum, videlicet de ordine virtutum, imperium mouendi cælos, & ordine quo mouentur, vel alio ordine ſicut ſuæ voluntati placet: vel quòd cælum ſtet ſine motu, quod non viderunt Philoſophi antiqui, nec potuerunt videre per eorum rationem naturalem. Dixerunt nempè, quòd ſi motus cæli ceſſaret, totus ordo inferiorum, & omnis actio hîc inferius

deſtr

destrueretur:ponendo tantam connexionem necessariam inter motum cæli,& ista inferiora quatuor elementorum, & aliorum elementatorum arguendo, quòd si motus cæli cessaret, omnia inferiora cessarent,& destruerentur: cuius tamen oppositum fuit tempore Iosue: vt habetur in Biblia, Iosue 10. cap. Habita quadam magna victoria per Iosue, & filios Israël:in qua victoria misit Dominus lapides, grandines, & magnos lapides de cælo aëreo, id est,de aëre, qui lapides quãplurimos interfecerunt de inimicis legis Dei: quos Iosue cum tota gente sua tunc interfecit. Tunc locutus est Iosue Domino in die, qua tradidit Amorrheum in conspectu filiorum Israel. Dixitq; coram eis Sol contra Gabaon, ne mouearis,& Luna contra vallem Ahylon. Steteruntq; Sol, & Luna donec vlcisceretur se gens de inimicis suis. Item ibidem. Nonne scri-

ptum eſt hoc in libro Iuſtorum. Stetit itaque Sol in medio cæli, & non feſtinauit occumbere ſpatio vnius diei, non fuit antè, & pòſt tam longa dies obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Iſraël. Ex quo patet, quòd tota machina inferior elementorum poteſt regulari abſq; motu cæli, nec minus Deo volente fierent generationes, & productiones rerum toto cælo quieſcente, quàm cum motu cæli. dato quòd Ariſtot. dicat ij. Phyſicorum. Sol, & homo generant hominem. ita intellige de aliis animalibus. Sol, & Aſinus generant aſinum: hoc eſt, de facto ſic eſt ordinatum â Deo: quia Sol tanquam ſuperior cauſa æquiuoca cõcurrit ad influxum rerum inferiorum per virtutem ſibi datam â Deo: & ſi Deus aliter ordinaret, aliter fieret, & æquè naturaliter tunc, ſicut nunc. Non eſt ergo alligata ordinatio inferiori cælo, nec intelligentiis

ſeu

ſeu Angelis, ſed Deo immediatè. Et ſicut fecit ſtare totum cælum tempore Ioſue, & omnia cæleſtia corpora ceſſare à motu bellantibus hominibus in terra & facientibus alias operationes conuenientes: ſic Deus poteſt imperare cælo, vt moueatur ab Occidente, in Orientem, ſicut nunc mouetur ab Oriente in Occidentem: & ita velociter ſicut mouebatur tunc, ita moueatur nunc, imò velocius, ſi ei placeret. Et totus iſte motus cæli ſicut nunc: ita tunc obediendo imperio Creatoris, ſicut à parte rei fuit tempore Ezechiæ regis Iudæ, qui fuit in quadam infirmitate, de qua ſecundum curſum naturæ debebat mori. In qua infirmitate venit ad eum Propheta Domini Eſaias ex parte Domini, dixitq; regi, hæc dixit Dominus Deus: Præcipe, & ordina domui tuæ. morieris enim, & non viues. Qui rex conuertit faciem ſuam ad parietem, & orauit Dominum, &

fleuit, quibus oratione & fletu factis, dicit Dominus Esaiæ:reuertere & dic Ezechiæ duci populi mei. Hæc dicit dominus Deus Dauid patris tui. Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas, & ecce sanaui te. die tertio ascendes templum Domini:& addam diebus tuis 15. annos, & de manu Regis Assyriorum liberabo te, & ciuitatem hanc, scilicet Hierusalem. Dixerat autem Ezechias ad Esaiam, quod erit signum, quòd Dominus me sanabit, & quòd ascensurus die tertia sum templum Domini?ita ait Esaias. Hoc est signum à Domino, quòd facturus sit Dominus sermonem, quem loquutus sum tibi, vt ascendat vmbra 10. lineis:aut vt reuertatur totidem gradibus. Et dicit Ezechias. facilè est vmbram crescere 10. lineis: nec volo, vt hoc fiat: sed vt reuertatur retrorsum 10. gradibus. Inuocauit itaque Esaias propheta Dominum, & reduxit vmbram

bram

bram per 10. lineas, quibus iam descenderat in horologio Acham eundo retrorsum 10. gradibus. Et hæc materia de reuersione Solis per 10. lineas habetur Esaiæ 38. capit.

Quam materiam tractat beatus Dionysius, & multi alii Theologi indagãtes, qui illorum duorum dierum artificialium fuerit maior in tempore Iosuæ dum Sol stetit immobilis, & omnia corpora cælestia spatio vnius diei artificialis. erat quoque tunc in mense Iunii. quando dies artificialis versus Hierusalem habet quatuordecim horas, & spatio vnius diei artificialis quieuit sol ita, quòd dies artificialis illa fuit vigintiocto horarum. Dies verò artificialis tempore Ezechiæ regis, in qua Sol fuit reuersus 10. gradibus, erat 12. horarum, & tũc erat æquinoctium autumnale: Sol fuit reuersus per 10. lineas ab Occidente in Orientem imperio Creatoris, & pòst

de Oriente reuersus fuit ad Occidentem per viam, per quam venerat, ita quòd dies illa artificialis fuit augmentata de duodecim horis, retrocedendo de decem horis, & reueniendo per viã, per quam retrocesserat de decem aliis horis. Ita quòd dies illa artificialis habuit 32. horas, & ita fuit maior, quàm illa, quæ fuit tempore Iosuæ, nec obstat textus Bibliæ, qui dicit de tempore Iosuæ, quòd nec tã magna dies antè, nec pòst sicut illa fuit. Respondet nanque beatus Dionysius in quadam epistola ad Policarpum, quòd liber Iosuæ fuit scriptus circa finem vitæ Iosuæ: & quòd ly post in obiectione facta ad oppositum refertur ad tempus scripturæ libri Iosuæ: & non refertur ad tempora simpliciter futura: & inter mortem Iosuæ & regis Ezechiæ fluxerunt octingenti anni saluo pluri aliquibus annis. Ita quòd dies artificialis

ficialis de reuerſione Solis fuit maior, quàm de tempore ſtationis tempore Ioſuæ. Iſta de textu Bibliæ, & alia, quæ ſunt authentica ſunt adducta ad propoſitum contra opiniones, & ſcri pta aliquorum antiquorum Philoſophorum, qui non habebant illuminationem ſufficientem de Philoſophia, & de potentia ipſius primæ cauſæ: quia iſta ſic ſimpliciter ponendo, ſicut ipſi ponebant, derogabant potentiæ primæ cauſæ, & veritati veræ Philoſophiæ attribuendo intelligentiis cælorum virtutem, quam non habebant: ponendo etiam eas neceſſarias: dicendo eas eſſe in eorum toto cælo, & vſque ad centrum terræ.

Quam materiam pertractans Alexander de alis ſecundo ſentẽtiarum, quærens vtrum Angelus poſsit eſſe vbique ſimul & ſemel: & vtrũ mouen-

do cælum ſit in toto cælo. Reſpondet. Angelus ex miniſterio poteſt mouere cælum, non tamen eſt vbique: hoc eſt, in toto cælo, ſed in aliqua parte cæli: & potius videtur de parte Orientis, quàm de aliqua alia, & coniungitur cælo, vt motor moto, non vt perficiēs ſuo perfectibili, vel forma corpori, vt dignè diceretur exemplariter: rex regens totum regnum, non eſt in toto regno, ſed in aliqua parte regni. Sic Angelus mouens cælum, mouet, non ex imperio voluntatis ſuæ: ſed voluntatis diuinæ, & per aliam applicationem mouet, quàm per ſuam voluntatem ſolam, & Angeli mouendo cælos imperio Dei, æquè ſunt ſemper beati, & in gloria & illi Angeli, qui mittuntur ad nos propter illuminationem, & informationem nobis neceſſarias, aut propter executiones, ſicut fuit de Angelo exequente Sodomam & Gomorram: & de illo, qui percuſsit exercitū

Cenna

Cennacherib regis Aſſyriorum ſemper ſunt in gloria. Ita quòd omnes ſpiritus ſunt adminiſtratores voluntatis diuinæ:& ita eſt tenendum in iſta materia de motu cælorum: Deus mouet cælos per ſanctos Angelos, & poſſet dare motum cælis ſine Angelis, & ſicut placet Deo cælum mouere nunc ab Oriente in Occidentem, ita ab Occidente in Orientem, & ſphæra cæleſtis contra ſphæram voluitur: & totũ hoc imperio,& obedientia Creatoris: & inter cætera creata ſpeculatio magna & admiratio ipſius conditoris relucet in cælis materialibus, velut in quodam libro digito Dei ſcripto, teſte Dauid eximio Prophetarum dicente. Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentũ.

ARGVMENTVM.

Quintum Capitulum primæ Differentiæ eſt de ornatu mirabili ipſius cæli ſtellati: & hoc in generali.

Circa



IRCA quintum capitulum huius primæ Differentiæ, aduertendum eſt, quòd Deus ornauit Cælum ſtellatum ornatu mirabili vltra ornatum primi mobilis, & vltra ornatum orbium ſeptem Planetarum. Nam primum mobile eſt ſine ſtellis, & planetis: & eſt ſimpliciſsimum, & vniforme in corpore licet mirabiliter actiuum. Sphæræ autem ſeptem orbium, ſeptem Planetarum: ſic ſtellis ornatæ ſunt, quòd quodlibet cælum totale eſt ornatum vnica ſtella, ſeu vnico planeta. cælum verò ſtellatum eſt ornatũ tot, & tantis ſtellis, quòd nunquam fuit Aſtrologus, qui ſciret numerum totalem ſtellarum: iuxta dictum cuiuſdam Sapientis. Qui ſtellas numeras quarum tu nomina ſolus: & loquitur de Deo. & ſubdit ordinẽ cæli, & pluuiæ guttas, & dies ſeculi, & arenam maris quis dinumerauit? ipſe

ſolus,

ſolus, id eſt, Deus omnia metiri, & dinumerare poteſt, qui omnia ambit ſua ſapientiā. Certum eſt iuxta dictum Ariſtotelis, quòd quanquàm plurimæ ſtellæ ſint in cælo ſtellato, quæ non ſunt nobis viſibiles, nec numerabiles propter paruitatem quantitatis earum, vt dat exemplum Ariſtoteles de Galaxia, id eſt, de circulo lacteo, quæ pars cæli eſt communiter lucidior in nocte ſerena, quàm aliqua alia pars Cæli propter multitudinem ſtellarum paruarum, quæ influunt in aëre, & in terra: & mittunt radios ſuos ad nos. De talibus ſtellis non eſt nobis ſcientia propter defectum potentiæ viſiuæ hominis, quæ nunquam potuit intueri eas. Sed de ſtellis viſis poteſt eſſe ſcientia & fides. Scientia quidem ſcientificis cognoſcentibus aliquas proprietates, ſaltem principaliores. fides poteſt eſſe

de

de talibus hominibus nescientibus proprietates, habentibus verò vocabula & propositiones auditas. Verbi gratia in Geometria. Ista propositio famosa triangulus est, habens tres angulos æquales duobus rectis. triangulus est figura plana vna superficie contenta habens tres angulos, qui æquiualent duobus rectis. Ista propositio expertis in Geometria non est fides, sed scientia. Multis verò Philosophis legentibus librum Posteriorum Aristotelis, & alios libros in quibus tales propositiones Geometricæ habentur, qui nesciunt eas propter quid, & propter causam cognoscere, & quid sit angulus rectus: quando videlicet linea perpendicularis cadit diametraliter super lineam rectam, causat duos angulos rectos, qui æquiualent tribus aliis angulis acutis: talibus inquam hominibus ignorantibus Geometriam, in ista parte est illa propositio fides,

quæ tamen peritis non eſt fides, ſed ſcientia: ita dicitur ad propoſitum de cognitione ſtellarum. Illi enim qui habent cognitionem, habent ſcientiã: aliis verò habentibus verba tantùm, eſt fides: habita verò ſcientia ceſſat fides eis, & eſt eis ſcientia: habẽtibus, videlicet notitiã de proprietatibus ſtellarum, illis eſt ſcientia de ſtellis.

Veniendo ad propoſitum de ornatu cæli ſtellati, ibi ſunt quàmplurimæ ſtellæ habentes proprietates conſimiles ſeptem planetis, & eſt doctrina Ptolemæi in quadripartito de ſtellis aliquibus Zodiaci, & de quibuſdam earũ proprietatibus, vt verbi gratia vires ſtellarum in vertice Arietis exiſtẽtiũ commiſtis viribus Saturni, & Martis: aſsimilantur itaque vires Saturni, & Martis: commiſtæ ſunt temperatæ in caliditate, & frigiditate, & auctæ in ſiccitate, & talis eſt natura illarũ ſtellarum, hoc eſt, quando venerit Ilegad

illas ſtellas hoc eueniet, quod eueniret ſi iungeretur Saturno & Marti coniunctis: & ita intellige de aliis combinationibus ſtellarum generaliter.

Earum verò ſtellarum, quæ in ore ſunt Arietis vires viribus Mercurii ſimiles eſſe perhibentur, quæ modicum Saturni viribus aſsimilantur: opus verò earum, quæ in eius pede poſteriori ſunt, ab operibus Martis nõ differunt, & quæ in eius cauda ſunt, vires Veneris ſumunt.

Stellarum igitur Arietis natura, propter æquinoctium tonitrua, & corruſcationes adducit. Huius autem ſigni principia pluuias, & vẽtos efficiũt, eiusq; medietas tẽperatæ complexionis eſt, extrema verò eiuſdem comburit, & mortalitatem generat: ac ipſorum, quæ ſunt ſeptentrionalia calefaciunt, & deſtruunt: quæ autem ſunt meridiana congelant, & infrigidant.

Stellarum verò Tauri, quæ in eius exiſt

existunt humero à Veneris complexione non distant, & Saturni complexioni assimilantur modicum: athoragæ, id est pleiades verò complexio Martis, & Lunæ complexionis esse probãtur: ac stellæ in vertice Tauri rubeæ aldebaram à Martis cõplexione non elongantur, aliæ autem quæ ibi sunt, complexioni Saturni coæquantur & Mercurialis complexionis similitudinem gerunt aliquantisper. In eius autem cornuum cacuminibus positæ idem, quod Mars operantur. Tauri autem signum vniuersaliter vtranque complexionem significat calidam, & frigidam cum temperamento: sed tamen procliuus est ad caloris significationem. principia suarum partium, maximè autem, quæ circa pleiades sunt terræ motus, ventos, & nebulas faciunt, eius medietas humectat, & infrigidat. quod autem circa aldebaram in eius extremo ponitur est igneum: corru-

ſcationes, & fulgura gignit. Ipſarum verò partium, quæ Septentrionales ſunt, temperatæ complexionis exiſtũt: & quæ ſunt meridionales inſtabilitatem, & motus inordinatos faciunt.

Stellæ geminorum, illæ, quæ in ſuis ſunt pedibus à Mercuriali qualitate non recedunt, quanuis modicum qualitati Veneris aſſocientur. Lucidiores verò ſtellæ in eorum coxis poſitæ Saturninæ ſunt, quæ autem in eorum capillis impreſſæ ſunt: Quarum prima Mercurio in operibus aſsimilatur, & vocatur aulac. altera verò complexionem Martis imitatur, & dicitur abracale.

Signum autem Geminorum vtiliter facit temperiem, quorum principia magnæ ſunt humectationis, & deſtructionis, media verò temperata: extrema commiſtæ cõplexionis. & inſtabilis eſſe dicitur: earum partes ſeptentrionales ventos, & terræmotus

adduc

adducunt:& meridianæ igneæ ſunt,& comburunt.

Stellæ Cancri Duæ,quæ in pedibus obtinent locum Mercurianæ, & modicum Martianæ ſunt : earum verò, quæ ſunt in eius acubene Suturno, & Mercurio nõ repugnãt. acubene ſunt quædam oblonga in Cancri cõſtitutiones. Illarum autem,quæ in eius pectore locantur,quæ Meclef vocantur: & quæ duo Aſini vocantur à Martis, & Solis viribus non recedunt, & manifeſtum eſt, quòd hæc complexio abſcindit,& deſtruit.

Signum Cancri generaliter facit ſerenitatem, & calores, cuius primordia, quæ circa præſepe locantur calidum,& turbidum aërem reddunt. necnon terræmotus, & obſcuritatem afferre probantur: quæ autem ſunt in eius medio,temperata ſunt, & quæ in eius extremo ventos adducunt eius ſeptentrionalia, & meridionalia ignea

ſunt,& comburunt.

Stellæ verò Leonis duæ, quæ in eius capite ſitæ ſunt,Saturno, & Marti mo dicum aſsimilantur. Trium verò, quæ in eius collo ſunt, opera Saturninis operibus parificantur, & licet modicũ Mercurialibus operibus aſsimilentur. Lucida ſtella in corde Leonis poſita, quam vocant reginam, vt Iupiter, & Mars operatur. ſtella in eius dorſo po ſita, claraq́;, ſtella in eius cauda locata Veneris, & Saturni viribus coæquatur:& modicum Mercurium in operi bus imitantur. Duæ verò in eius coxis inſitæ, à viribus Veneris, & Mercurii non diſcedunt.

Signum Leonis calorem, & aërem turbidum generaliter deſignat: eius partes præceden. aërem calidum, & turbidum ac mortalitates annunciãt: eius medietas temperatæ complexionis exiſtit: & quæ ponuntur extrema humectant, & deſtruunt: & quæ ſunt in

in Septentrione ignea sunt,& combu-rentia : quæ verò meridianam partem cæli sibi vendicant, humectant.

Stellarum autem Virginis illarum quæ in eius vertice & earum, quæ in eius oculo, necnō in eius ala meridiana extremè figurantur opera à Mercurialibus effectibus non remouētur, et Martis operibus aliquātisper assimilantur. Aliæ stellæ, quæ in eius ala septentrionali:necnon,quæ in eius dorso formātur ab operibus Mercurialibus non discrepant, quanuis Martis gerāt similitudinem.

Signum Virginis generaliter variat,& mutat, cuius partes præcedentes, & mediæ temperatæ sunt complexionis. Quod autem in eius extremo locatur, est aquaticum:& quod in Septentrione constituitur, ventos adducit : & quod in meridiana parte ponitur, humectat & tonitrua demōstrat.

Stellæ quæ sunt in altum Libræ, il-

la, quæ eſt lucida in ſeptẽtrionali parte, vt Saturnus, & Mercurius operatur: ſtella, quæ dicitur Acimech à Veneris viribus non recedit: & Mercurio aliquantiſper aſsimilatur. in eius autem pedis ſummitate poſitæ: ex ea parte à qua protrahunt fimbrias, Mercurialibus, & Martis viribus coæquantur, & quæ in eius extremo duarum acubene Scorpionis apparent in ſuis operibus Saturnum, & Mercurium imitantur: & quæ earum medietatem obtinent, Saturni viribus aſsimilantur, & modicum Martis ſequuntur complexionem.

Signum autem Libræ generaliter humectat, & tonitrua demonſtrat: cuius partes primæ maiorem calorem faciunt, & deſtruunt. mediæ temperatæ ſunt, vltimæ aquaticæ, cuius partes ſeptentrionales ventos adducunt. meridianæ temperatam complexionem reſeruant.

Stellæ

Stellæ Scorpionis illarum vires luculentæ, quæ in eius fronte ſibi locum vendicant à Martis viribus non recedunt. trium etiã, quæ in eius ore ſunt, media, quæ lucidiſsima eſt, & parum habet rubedinis, vocaturq́; cor Scorpionis: à Martis viribus nõ ſeparatur, licet modicũ vires Iouis aſſumat: quæ ſunt in ipſius cauda, nobis Veneris & Saturni viribus aſsimilantur, & quæ in eius aculeo conſtitutæ, Martis & Mercurii vires imitantur: quæ in alatha ſunt locatæ, Martis, & Lunæ gerunt ſimilitudinem.

Signum Scorpionis generaliter facit tonitrua, & eſt ſignum igneum, cuius partes præcedentes ventum magnum adducunt, & quæ in eius medio, temperatæ ſunt complexionis. extrema eius terræmotus oſtendunt, ſeptentrionalia comburunt, & meridionalia humectant.

Stellæ Sagittarii illa, quæ ſagittæ

cacumen habet. Martis, & Lunæ viribus coæquatur. earũ verò, quæ ipſius arcus formam exprimunt, illæ, quæ in loco contactus manus figurantur, vt Iupiter, & Mars operantur: quæ autem in alatheca vultus eius ſunt Solis, & Martis operibus concordant. Illarum verò, quæ ſunt in loco Sagittæ, viribus Iouis coæquantur, & modicũ Mercurio concordant. In eius cruribus inſitæ, Iouis & Saturni viribus aſſimilantur. Quatuor autem, quæ ſunt in eius cauda, viribus Veneris & Saturni aſsimilantur.

Signum Sagittarii generaliter facit ventos, & eius principia humectãt, partes mediæ tẽperatæ, vltima ignea ſunt, ipſius ſeptentrionalia ventos adducunt. Meridiana fortiter humectant, & variant.

Stellæ Capricorni, quæ eius adhærent cornibus, à Venerea complexione non diſcedunt, & Mercurialia parum

rum ſequuntur opera, earum autem, quæ in eius ore videntur, Saturninis operibus coæquantur, & modicum Veneris, & Mercurialibus, & quæ in eius cauda formantur, à Iouis Saturniq; viribus non diſcrepant.

Signũ Capricorni generaliter humectat, cuius principia comburunt, & deſtruunt. media temperata ſunt, extrema pluuias oſtendunt. eius ſeptentrionalia, & meridionalia fortiter humectant deſtruendo.

Stellæ Aquarii, quæ in eius ſunt hauritorio, cum his, quæ in manu ſiniſtra figurantur, vt Saturnus, & Mercurius operantur. quæ in coxis eius à Mercurialibus operibus non diſſonãt, & reliquæ Saturninis, & modicum Iouinis aſsimilantur.

Signum Aquarii generaliter infrigidat, & eſt aquaticum. cuius principia ſunt valde humida: eius media temperata ſunt, extrema faciunt vẽtos. Illius

lius Septentrionalia comburunt. Meridiana nimium ventum faciunt.

Stellæ Piſcium, quæ in vertice Meridiani Piſcis, Mercurii, & Saturni ſunt, in eius autem ore Iouis, & Mercurii ſunt. ſupra eius caudam, & ſupra filium meridionale conſtitutæ Saturni opera, & Mercurii modicum ſunt. earum, quæ ſunt in ipſo corpore Piſcis Septentrionalis, videlicet ſpina, Iouis opera, & aliquantiſper Veneris ſequũtur. In filo verò Septentrionali fixæ, vt Saturnus, & Iupiter operantur. ſtella quidem lucida ſupra eius ligaturã conſtituta Martis gerit ſimilitudinem, & Mercurii modicum ſequitur.

Signum Piſcium generaliter infrigidat, & ventos generat, cuius partes primæ temperatæ ſunt: mediæ fortiter humectant, vltimæ comburunt: meridianæ aquaticæ. eius partes Septentrionales ventos efficiunt. Expertus in notitia ſtellarum, & planetarũ

cert

certius iudicabit, quàm ille, qui non habet niſi notitiam planetarum, & quandam proprietatem ipſorum. Ita quòd ſit defectus in iudicio, & in deſcenſu practico ipſius ſpeculatiuæ non eſt defectus ex parte artis, ſed ex parte artificis.

Ornatus verò cæli ſtellati generaliter in tres partes diſtinguitur in zodiacum, qui eſt zona torrida ſecūdum Ariſtotelem, ſub qua zona incendunt ſeptem Planetæ. ex quibus fertur ab Ariſtotele vitam viuentium in iſtis inferioribus regulari: & hoc habent ab illo, qui eos creauit. Alia verò pars cæli ſtellati eſt in parte meridiana multùm remota à nobis. Et ideo illa pars non eſt nobis tam potentis influentiæ, quàm pars Septentrionalis. Tertia verò pars, & ornatus cæli ſtellati dicitur ſeptentrionalis: in qua eſt polus Arcticus: ſupra quem polum ex vna parte voluitur cælum ſtellatum, & iſta pars

eſt potentior pars cæli poſt zodiacum ad influendum nobis. & iſta ſufficiant in generali de octaua Sphæra: quia in ſequentibus erit prolixior ſermo de eadem Sphæra.

ARGVMENTVM.

Sextum Capitulum primæ Differentiæ eſt de nona Sphæra, ſeu de primo mobili: & de eius virtute mirabili collata ab infinita potentia Dei, quæ cunctorum eſt creatrix. Ad abbreuiandum autem materiam ſexti Capituli: hîc ponetur in paucis concluſionibus.



Irca ſextum autem primæ Differentiæ Capitulum eſt notandum, quòd nona ſphæra ſeu primum mobile ambit, & inuoluit omnes alias ſphæras inferiores, & cælum ſtellatum, & ſecum trahit motu diurno in ſpacio 24. horarum ab Oriente per meridiem ad Occidētem, omnia iſta corpora reuoluendo ad Orientem iterum: & iſta practica eſt magna, & mirabilis, & eſt collata à

Creato

Creatore. & iuxta hoc conſiderādum eſt circa principale, quòd iuxta zodiacum octauæ Sphæræ, in quo ſunt ſtellæ, & animalia 12. Signorum depicta ſtellis recipiunt influentiam à zodiaco primi mobilis, & omnes calculationes Alphonſi regis Caſtellæ illuſtris, quibus moderno tempore vtuntur Aſtrologi Latini, ſunt ad nonam Sphæram, ſcilicet ad principium Arietis nonæ Sphæræ & figura cæli, quæ fit per Aſtrologos: fit ad æquinoctiũ nonæ ſphæræ, & quàmplurima reducuntur ad nonam Sphæram originaliter, quantùm ad fundamentum cauſarum naturalium.

Et eſt hìc notandum, quòd motus, & calculationes Planetarum faciliter poſſunt reduci de nona Sphæra, ſcilicet de zodiaco nouem Sphæræ ad zodiacum octauæ Sphæræ per numerum, qui dicitur motus octauæ Sphæræ, qui dicitur motus capitis Arietis

mobi

mobilis: vel ſi calculationes planetarum ſint ad octauam Sphæram, debet addi motus, & diſtantia capitis Arietis mobilis ad habendum motus, & vera loca planetarum in zodiaco nonæ ſphæræ: & iſte motus vocatur in tabulis Alphonſi regis Caſtellæ motus acceſſus, & receſſus capit Arietis octauæ ſphæræ: & per hanc practicam æquationis dictæ tabulæ poſſunt verificari latitudines ſtellarum fixarum, & tantò melius reperientur loca vera ſtellarum omni tempore, & cum inſtrumentis vero requiſitis fiat inquiſitio, & verificatio.

Et notare debes circa declarationẽ præſentis capituli, quòd vera loca planetarum perquirantur à centro terræ comparando ad zodiacum nonæ ſphæræ. Ita quòd ſi oculus hominis eſſet in centro terræ, & mitteret radium viſiuum per centrum corporis planetæ, vel lancea procederet à centro terræ

per centrum corporis Planetæ & tranſiret ad nonam ſphæram, vbi terminaretur finis lanceæ, vel viſionis in nona ſphæra, vel in octaua ſphæra: ibi dicitur eſſe verus locus Planetæ: & ab illa parte Cæli recipit influentiam:& per hanc viam inquiruntur veri motus, & vera loca:planetarum in nona, vel octaua ſphæra: & breuiter fit tranſitus iſtarum materiarum generaliũ: quia erit expediens diligentius perquirere cauſas epidimiæ & infirmitatum, qua de cauſa iſte tractatus eſt inceptus.

ARGVMENTVM.

Septimum Capitulum primæ Differentiæ, eſt de ſitu, & ordine ſeptem Planetarum, & de quibuſdam influeutijs eorum in generali.



Irca ſeptimum huius primæ Differẽtiæ Capitulũ, quod eſt de ſitu,& ordine Planetarum,ſciendum eſt,quòd primò à parte inferiori eſt Luna in orbe ſuo recipiens influentiam ab aliis ſuperiori-

bus Planetis, & ſtellis mittens nobis tanquam nuncia Cælorum. Deinde Mercurius in ſecundo cælo ſuper eã: poſtq; Venus, ſupra quam Sol in medio Planetarum exiſtens, ſicut rex in regno. Deinde Mars in quinto cælo. ſubſequenter Iupiter in ſexto cælo, in ſeptimo verò, & vltimo eſt Saturnus. & omnes iſti ſeptẽ Planetæ continentur infra ſtellatam Sphæram.

De proprietatibus,& influentiis in generali ſciendum eſt,quòd Saturnus eſt malæ influentiæ frigidus, & ſiccus: maſculinus, diurnus, ſignificator ſenum,& rerum grauium,vt terræ, lapides, plumbi, & rerum fœtidarum, & profunditatum conſilii, & cogitationis:& valde valet ad ſciẽtias,& doctrinas in cælo bene diſpoſitus,& maximè ſi Mercurius ipſum aſpiciat, vel ſit in aliqua domorum Saturni iuxta verbum Ptole.38.& regit taciturnitatem ſilentii & cultus agrorum.

Iupiter generaliter fortunatus, ma ſculinus,& diurnus, & eſt ſignificator ſubſtātiæ,& operatur calorem temperatum cum humiditate temperata, influit in aëre generaliter, & ſanguine hominum, & animalium, & de ætate ſignificat iuuentutem.

Mars maſculinus, diurnus in die, nocturnus in nocte, veriùs tamen diurnus, quàm nocturnus. maſculinus cum fuerit Orientalis, femininus cū fuerit Occidentalis, calidus & ſiccus, & habet calorem exceſsiuum: ſed influentia eius eſt cholerica:& influit ſuper cibaria mali ſaporis,& ſupra ferrum, ſicut Iupiter ſuper ſtānum. Influit quoque Mars ſuper proditores, & proditiones & ſignificat fraudulentias, & ſuperbiam.

Sol eſt maſculinus, & diurnus, & operatur calorem temperatum communiter,& ſiccitatem,& eſt ſignificator vitæ. influit in auro,& in lapidibus

preciosis, & in terra influit in mineris auri, vnde aurum nascitur ex proprietate ei data à Deo: & Generaliter Sol est significator Regum, Principum, & Nobilium: vnà cum Domino, decimæ domus cæli: & est lumen & candela cæli, & mundi, & factor temporum. & per eum fiunt alii sex Planetæ Orientales & Occidentales, & per eum fiũt apparẽtes, & occulti, & per ipsum mouentur omnes res, quæ mouentur infra sphæram actiuorum, & passiuorum, & per eum nascuntur omnes res nascentes: & maturantur omnes fructus per eum viuificantur signa, quando est in eis, & influunt terræ calorem virtutem, & fortitudinem. & planetæ fiunt retrogradi per certum aspectum ad eum dempta Luna, quæ non patitur retrogradationem: sed tarditatem & generaliter omnis Planeta habens aspectum ad eum fortificatur in sua influentia, & Luna recipit lumen suũ,

&

&fortitudinem ab ipſo Sole, & quantò plus Soli appropinquatur, tantò plus ab eo illuminatur, niſi tempore eclipſis Lunæ, & aliis temporibus ſemper illuminatur Luna vltra medium corporis ſui: quia Sol maior eſt Luna octo vicibus, & ſeptem vicibus ipſe Sol maior eſt tota terra: vt deducitur à Ptolemæo, ratione geometrica in ſuo Almageſto, ideo maius corpus de multo illuminans minus corpus illuminat illud vltra medietatem: & ſic eſt de Sole ad Lunam.

Venus fœminina, nocturna, eſt fortunata, frigida, & humida habens influentiam frigidam in primo gradu, humidam in ſecundo: & eſt ſignificatrix mulierum, & ludorum, & ornamentorum, & ſignificat amorem, & dilectionem, & patientiam.

Mercurius miſtus, cum bonis bonus, cum malis malus, maſculus diurnus, ſignificator puerorum, & ſcriba-

rum,& librorum,& ex infirmitatibus ſignificat infirmitates ſpirituales, animæ, vt maniam, inſaniam & ſimiles.

Luna fortunata eſt in ſua influentia: & eſt fœminina, nocturna, operatur frigus,& humiditatem, & influit generaliter ſupra aquas. Et horum, vt ſeptem Planetarum, proprietates & influentiæ, quibus huic mundo ſenſibili præſunt, ſciantur in generali.

Conſiderandum quòd ſecundum quatuor combinationes generales poſſibiles ipſarum qualitatum primarum quatuor erunt Planetæ ipſarum qualitatum primarum generatiui pariter, & conſeruatiui: cum quicquid ſit ſub ſphæra actiuorum & paſsiuorum paſſiuè ſe habeat ad actiuam virtutem ſtellis & cælis veridicam, quæ natura dicitur à Philoſophis. Eſt igitur poſſibilis combinatio calidi cum humido, calidi cum ſicco, frigidi cum humido, frigidi cum ſicco: non eſt autem

poſsi

posſibilis combinatio calidi cum frigi do, nec humidi cum ſicco, repugnante natura contrarietatis. Cõtraria nanque in eodem ſe ſimul eſſe non permit tunt: imò potius mutuò ſe expellunt, & harum combinationum duæ bipartitæ ſunt, ſcilicet frigidi cum humido, & calidi cum ſicco. Poteſt enim frigidum combinari cum humido ſimplici, & cum humido complexionali. Primam harum combinationum regit Luna, Secundam Venus: intellige per humidum ſimplex, humidum elementale: quod eſt in aqua & aëre. Per humidum verò complexionale, intellige humidum refractum per alias qualitates primas ſecum iunctas: quod in mixto reperitur, quale eſt humidum noſtri corporis, & ſic ſuo modo intellige de ſicco ſimplici, & de ſicco complexionali. Poteſt etiam calidum com binari cum ſicco ſimplici, & ſicco com plexionali: primam combinationem

regit Mars, ſecundam Sol, combinatio autem frigidi cum ſicco non poteſt ſic bipartiri, eò quòd ambæ illæ qualitates ſunt mortiferæ. Et ſic relinquitur illa ſola, quæ eſt frigidi cum ſicco cõplexionali, quæ licet de per ſe non ſubſeruiat vitæ, ſubſeruit tamen eidem per accidens. eò quòd ſiccum virtutem tantùm tenet, & frigidum bene coadiuuat. Et illæ qualitates ipſum calidum, & humidum, in quibus vita conſiſtit, bene obtemperant & hanc complexionem regit Saturnus. Pariformiter calidum cum humido nõ poteſt eſſe bipartitum, eò quòd calidum ſimplex ab humido ſimplici non conſeruaretur, quinimò potius vaporabiliter reſolueretur. nec humidum ſimplex eſt caloris viuifici pabulum, imò potius ipſius extinctiuum. quapropter remanet ſolum poſsibilis combinatio calidi cum humido complexionali, & hanc regit Iupiter: &
quia

quia hæ combinationes qualitatum contrarietate participant. Contraria autem non ſunt nata combinari, aut vniri, niſi in virtute alicuius agentis virtutem promiſcuam, & commiſtibilem, ſeu applicabilem habentis. Ideo præter iam dictos Planetas ponitur alter hanc habens virtutem & naturam, & talis eſt Mercurius, & ſic derelinquitur dũtaxat ſeptem eſſe Planetas huic mundo ſenſibili perſiſtentes, & virtutem regitiuam ipſius proximè habentes qualitates quoq; primas ſecundum ſupradicta ritè cauſantes.

ARGVMENTVM.

Secunda differentia eſt de diſtinctione Zodiaci cæli ſtellati, & ſuarum partium, & de eius correſpondentia ad Zodiacum nonæ Sphæræ quæ primum mobile dicitur.

Primum capitulum ſecundæ Differentiæ, eſt de diſtinctione duodecim partium Zodiaci cæli ſtellati, quæ duodecim ſigna dicuntur, & de eorundem influentijs & proprietatibus in ſpeciali.

IRCA primum igitur Capitulum secũdæ Differentiæ notãdum, quòd zodiacus Cæli stellati, diuiditur in duodecim partes, quæ duodecim signa dicuntur, & est primum signum Aries, secundum Taurus, & sic de singulis. Et dicitur zodiacus à zoe Græcè, quod est vita Latinè: quia sub ipso incedunt septem Planetæ, quibus vnà cum zodiaco influitur virtus, & vita viuentibus supra terram. Et est notandum, quòd ista duodecim signa participant naturam quatuor elementorum influxiuè, & virtualiter, non tamen formaliter. Vt verbi gratia, Signa Arietis, & Leonis, & Sagittarii sunt signa calida & sicca. Signa Tauri, Virginis, & Capricorni sunt signa frigida, & sicca per influentiã, & sunt signa terrea, hoc est, habent influentiam super proprietatem terræ. Alia tria signa sunt aërea,

aërea, vt Gemini Libra, & Aquarius. & ſunt calida & humida in ſuis influentiis. Alia verò tria ſigna zodiaci ſunt aquatica, & influunt in aqua: vt Cancer, Scorpio & Piſces, & ſunt frigidæ & humidæ influentiæ.

Et inde eſt, quòd ſigna, quæ conueniunt in vna triplicitate, dicuntur habere concordiam. & inter Planetas regentes illam concordiam, puta triplicitatis igneæ: tres Planetæ dicuntur habere dominium, ſcilicet Sol, Iupiter, & Saturnus. Sol ratione caloris temperati, & iſte in die magis habet dominium. Iupiter de nocte. ratione conuenientiæ caloris temperati, & humiditatis. Saturnus participat cum ambobus tam de die, quàm de nocte, & eſt tertius ibidem, ſcilicet, in triplicitate ignea. Secunda triplicitas eſt terrea, tres habet Planetas dominantes Venerem de die, Lunam de nocte, Martem communem.

Triplicitas aërea tres habet Planetas rectores ipsius, Saturnum de die, Mercurium de nocte, Iouem participem. Quarta triplicitas, quæ dicitur aquea tres habet similiter rectores, Venerem de die, Martem de nocte, Lunam participem. Habentq; signa zodiaci diurnitatem, & nocturnitatem, hoc est, aliqua signa influunt plus de die, quàm de nocte, & masculinitatē, & fœmininitatem: vt verbi gratia, incipiendo à signo Arietis. Aries est signum diurnum, masculinum Taurus nocturnum, & femininum, signū Geminorum diurnum & masculinum, & sic per ordinem duodecim signorum alternatim procedendo. ita quòd Pisces, quod est signum duodecimum, est nocturnum, & fœmininum. Est quoq; Aries signum mobile. Taurus fixum. Gemini commune, & sic procedendum est in aliis Signis, super tribus istas denominationes eis secūdum or-

dinē

dinem nunc expreſſum attribuendò. Et eſt ſignum Orientale Aries. Taurus meridionale. Gemini Occidentale. Cancer Septentrionale. Et ſic ſuo modo procedendum eſt in cæteris ſuo ordine. Et dicuntur ſigna mobilia: quia influentiæ eorum tam pro tempore quàm pro aliis effectibus faciliter mutantur, & oppoſito modo de fixis: ſed communia ſunt, quia duabus figuris in cælo figurantur, & ratione primæ figuræ participant in ſtabilitate cum ſigno præcedēti, & ratione ſecundæ participant cum mobilitate ſigni ſequentis. Et ſigna ignea ſunt Orientalia: Terrea, Meridionalia: Aërea, Occidentalia, & Aquatica Septentrionalia.

Diſtinxit itaque Deus zodiacum in duodecim partes, & Aſtrologi per iſtam viam conſiderauerunt, nec reperitur alter numerus maximè in inferioribus rebus in tanta perfectione, ſicut

cut est iste numerus duodenarius, in quo numero sunt partes aliquotæ facientes suum totum ex multitudine: Vt verbi gratia, bis sex faciunt suum totum, scilicet, duodenarium numerum, ter quatuor, duodecim. Sexies duo similiter faciunt duodecim, & vbicunque est pars aliquota numeralis istius numeri duodenarii, potest resultare ex illo numero per multiplicationem, numerus iste duodenarius. & inde fundantur aspectus in zodiaco, vt oppositionis, quæ sunt sex signa media pars zodiaci ratione multiplicationis de bis sex. Trinus aspectus ratione multiplicationis de tribus in quatuor, & ratione multiplicationis econuerso factæ prouenit aspectus quadratus: Sed sextilis aspectus ratione multiplicationis de sex, in bis quinque, non sunt pars aliquota istius numeri duodenarii: quia aliquotiens sumpta non potest reddere suum totum

tum adæquatè, & ſic de vno, quia non eſt numerus: ſed duntaxat principium numeri. Ita quòd non cadat aſpectus Cæli inter Arietem, & Taurum, ſed bene inter Arietem & Geminos, & ſic de aliis aſpectibus.

Diuiditurq; zodiacus in duas medietates, vna eſt à principio Arietis vſque ad finem Virginis, & vocatur Septentrionalis, eò quòd eſt declinans ab æquinoctiali verſus polum Arcticum, qui eſt Septentrionalis: & eſt medietas calida, quia Sol nobis ſub ipſis plus vicinatur. Nam tota noſtra pars terræ habilis eſt ſub illa parte. Et ſicut zodiacus diuiſus eſt in duodecim partes, quæ ſigna dicuntur. Ita quodlibet ſignum diuiditur in triginta partes, quæ gradus appellantur: & ſic per multiplicationem duodecim per triginta, reſultant trescentum ſexaginta gradus in longitudinem: & vnuſquiſque

gradus diuiditur in 60. qui minuta vocantur. & iterum minutum in 60. quæ 2. vocantur, & sic suo modo de tertiis, & quartis, & aliis fractionibus est suo modo censendum.

Signa sex à principio Cancri vsque in finem Sagittarii dicuntur directa, quia directè ascendunt supra terram, quando oriuntur: & quia mora ortus ipsorum supra terram longa est, ideo cum ipsis plusquam medietas circuli æquinoctialis oritur antequàm penitus oriantur, & dicitur hæc medietas directa, & perfecta, & alia medietas dicta est opposita ratione obliqua seu torta, & imperfecta. Diuisio etiam zodiaci penes quadras primam quã constituunt tria prima signa, scilicet, Aries, Taurus, Gemini dicitur Orientalis calida & humida, sanguinea: eique attribuitur prima ætas hominis, scilicet infantia, seu adolescentia, tempus quoque veris. Secunda constituitur ex

tribus

tribus ſignis ſequentibus, & eſt calida & ſicca, cholerica, eidem attribuitur ætas ſecunda, ſcilicet iuuentus, & tem pus Aeſtatis. Et ſic tertia quam conſtituunt tria ſequentia ſigna, eſt frigida & ſicca, melancolica, eiq; attribuitur Autumnus, cum tertia ætate perfecti hominis ſtantis in principio decliuii, quod eſt ſenium: & vltima conſtituta ex vltimis tribus ſignis eſt frigida & humida, phlegmatica, eiq; attribuitur Hyems cum vltima Aetate, ſcilicet ſenectute. Similiter eſt de 24. horis diei naturalis, quarum 12. inæquales ſunt in die, totidem in nocte: prima eſt maſculina, & ſic conſequenter vſque ad finem vigintiquatuor ho rarum diei, & noctis. Sic quoque prima quadra diei, quæ incipit ab ortu So lis, continens ſex primas horas, vſq; ad meridiem incluſiuè vocantur Orientalis, ſanguinea calida, & humida. Eiq́ue attribuitur Ver, & prima ætas, &

ſic deinceps eo modo ſupra de quadris zodiaci dictum eſt. Sic etiam prima quadra Cæli ab aſcendente in medium cæli eſt quadra Orientalis,& ſic deinceps eo modo, quo dictum eſt de quadris prædictis:& eſt aſcendens,ſanguinea, maſculina eique attribuitur Ver. Secunda, quæ eſt à medio Cæli vſq; ad lineam Occidentalem, eſt meridionalis,fœminina, deſcendens. Tertia à linea Occidentali,ad lineam mediæ noctis, quæ vocatur angulus terræ. Occidentalis eſt maſculina aſcendens. Vltima dicitur Septentrionalis fœminina recedens. Item media pars Cæli,quæ eſt ſupra terram vocata hemiſphæra dextra nominatur & eſt maſculina. & illa quæ eſt ſubtus terram vocata hemiſphæra eſt ſiniſtra, & fœminina. partes quidem cæli non dicuntur præſentes in partibus mundi, neq; maſculinæ,neque fœmininæ, ſic eſſentialiter ſicut 12. ſigna & 24.horæ diei:

ſed accidentaliter: quia quadra Cæli maſculina ex motu cæli transformatur in fœmininam: fœmininaq́; in maſculinam: etiam maſculini Planetæ accidentaliter transformantur in contrarium ſexum, ſcilicet in fœmininũ, quando videlicet ſunt in quadra Cæli fœminina, aut in ſigno fœminino: & ſic ſuo modo econuerſo. Proportionabiliter, quando Planeta maſculinus eſt in quadra Cæli maſculina, in ſigno maſculino. Et Planeta fœmininus in quadra fœminina, & in ſigno fœminino, virtutem ſui ſexus habet duplicatam, & ſic fortificatur. & ſic ſignum maſculinum quando eſt in quadra cæli fœminina, ſeu in loco fœminino, tunc debilitatur, & fit fœmininum, & ſic de fœminino in quadra maſculina, & loco maſculino.

Item ſciendum eſt, quòd medium cæli pergens à linea meridiana ad Orientem in lineam mediæ noctis dici-

tur aſcendens, altera medietas pergens à media nocte per Occidẽtem remean do ad lineam meridionalem dicitur deſcendens.

ARGVMENTVM.

Secundum Capitulum ſecundæ Differentiæ, eſt de numero, & ordine ſtellarum, & imaginum viſibilium ſtellati Cæli, tam in parte Septentrionali, quàm Meridionali iuxta dicta ſapientis Ptolemæi octauo Almageſti, & illuſtris Alphonſi regis Caſtellæ.



Irca doctrinam numeri, & ordinis ſtellarum, & imaginum viſibilium Cæli ſtellati: quæ imagines, & ſtellæ longo tempore ſunt conſideratæ ab Aſtrologis manentibus in multis regionibus terræ habitabilis, & maximè in ciuitate Arini nominata & patria Indiæ, & per compoſitores tabularum, cuiuſmodi fuerunt Nemphrot, Hermes, Yconimus Ptolemæus, Albategin, Albumaſar, Algoriſmus. Inter iſtos, à quo

ampl

ampliorem ſcientiam habemus de notitia Aſtrologorum, & de influentiis contingenter dependentibus eſt Ptolemæus. Qui in partibus Aegypti, & in Rhodo inſula ſuas obſeruauit calculationes, & motus ſtellarum, & Planetarum ad illas regiones compoſuit, & dictauit. & circa hoc conſiderauit octauo ſui Almagesti, id eſt, maioris libri perfecti, ponens numerum ſtellarum, quæ faciunt ad propoſitum Aſtrologorum, & aliorum inſtrumentorum practicæ artis Aſtrologiæ, & in numero totali ſtellæ maioris apparẽtiæ, & maioris influentiæ ſunt 1022. quas deſcribit Ptolemæus, per magnitudines tam in parte meridiana, quàm in parte orbis duodecim ſignorum, quàm etiam in parte Septentrionali. Exempli gratia de parte meridiana, in magnitudine prima ſunt ſtellæ ſeptẽ, in ſecunda magnitudine ſunt ſtellæ decem & octo. In tertia magnitudine

63. in quarta 64. in quinta 154. in sexta 9. & nebulosa vna, & in numero isto stellæ partis Meridianæ sunt 319. de quibus est communis doctrina inter peritos Astrologos. & per istam viam procedit de stellis maioribus zodiaci per magnitudines, & stellæ in orbe signorum tam illæ, quæ faciunt formas zodiaci stellati cæli, quàm illæ stellæ, quæ non sunt in forma, sed sunt circa formas, & imagines animalium zodiaci, & participant influentias orbis zodiaci, & connumerantur cum stellis zodiaci, & sunt in numero 346. stellæ autem maioris partis septentrionalis tam illæ quæ faciunt formas imaginum, quàm illæ, quæ sunt extra formas, sunt in numero 360. & sic in numero totali stellæ maioris apparentiæ, de quibus est nobis tradita aliqua doctrina, sunt 1022. Multæ sunt aliæ stellæ visibiles, quæ nõ ingrediuntur istum numerum.

Et in isto capitulo est notandum, quòd in isto stellato Cælo sunt 48. imagines ad instar animaliũ, de quibus imaginibus quindecim in parte meridiana, duodecim in via Solis, & Planetarum vigintivnum à parte Aquilonari seu Septentrionis, de quibus imaginibus, & stellis maioribus Alphonsus illustris rex Castellæ tempore suo verificauit latitudines stellarum à via Solis ecliptica, seu à via æquinoctiali cum instrumẽtis magnis. Vt verbi gratia, stella quæ vocatur Aldebaram, seu oculus sinister Tauri, eius longitudo est in signo Tauri 27. gradus, & 47. minut. eius latitudo à via ecliptica fuit tẽpore Alphonsi quinque gradus, & 10. minutis versus meridiẽ: qua verificatione vtuntur pro maiori parte moderno tempore Astrologi in suis Astrolabiis, & quadrantibus, & sic de aliis stellis fixis, quia non habent aliã verificationem

ſtellarum veriorem. Et bene eſſet expediens moderno tempore ſtellas magnas per inſtrumenta debita & propria verificare: quia de 100. in 100. annis deberent verificari: quia Sphæra ſtellata mouetur gradu vno, verſus Orientem in 100. annis ſolaribus, & quia non habetur plena verificatio talium, defectus eſt in kalendariis conſiderando tempora magna, quæ fluxerunt à Iulio Cæſare. Defectus alter eſt in ſpeculatiua Aſtronomiæ, & per conſequens in practica iudiciaria de toto tempore per 100. annos à verificatione Alphonſi regis Caſtellæ: & ſatis puto iſtam verificationem ſphæræ ſtellatæ eſſe ſemper propriam apud Sarracenos, & Indos, & alios, qui vtuntur multũ Aſtrologia, & ſunt quàmplurimi periti in eadem: & maximè aliqui Principes eorum cum ſeruitoribus ſcientificis in arte Aſtrorum. Et ſi tale opus, & ſtudiũ eſſet inter principes

cipes

cipes Christianorum, quando à Deo decorantur pace, prudentia, & sanitate, & bona voluntate, laudabile esset, & vtile eis, & multis aliis, & melius staret in talibus potentibus, quia habent vnde possunt facere sumptus, & pauperes clerici, qui non habent redditus, talia magna non possunt facere, dato quòd habeant scire, & velle: quia non habent posse. & principes decorati pace, & aliis requisitis deberent in talibus occupari, nisi vacarent deuotioni, & diuinæ contemplationi, quæ vita & via elegantior & fructuosior incomparabiliter cuiuscunque speculatione scientiæ est.

Veniendo ad declarationem imaginum, & stellarum magnarum partis meridianæ. In qua parte, Prima est Cete, quæ dicitur bellua Marina, cuius imaginis stellæ sunt 22. Secunda imago est Orionis, qui dicitur audax, & habet stellas 38. Tertia dicitur ima-

go fluuii magni,& continet ſtellas 34. Quarta imago eſt Leporis, & continet ſtellas in figura 12. Quinta dicitur imago Canis,& cõtinet ſtellas in forma animalis 18. Sexta imago eſt Algomeyſa imago venatoris, & continet ſtellas 11. in capiſtro ſeu ligatura canis,extra formam ſunt ſtellæ duæ. Septima dicitur imago nauis magnæ, & continet ſtellas numero 45. Octaua imago eſt Hydræ Serpentis, & eſt Serpens Serpentium, & continet ſtellas 25. Circa formam Serpentis, & extra formam Serpentis, ſunt ſtellæ duæ. Nona, dicitur imago vocis, & continet ſtellas 7. Decima dicitur imago Corui, & continet ſtellas 7. Vndecima imago dicitur Centauri, cuius pars anterior eſt ad formam hominis, & poſterior ad formam equi, & continet ſtellas 37. Duodecima, dicitur imago Lupi,& continet ſtellas 19. Decimatertia, dicitur imago laris quaſi

quaſi claritas ignis,& continet 7.ſtellas. Decimaquarta, vocatur imago coronæ, & continet ſtellas 13. Decimaquinta, vocatur imago Piſcis, & continet ſtellas 11. circa imaginem Piſcis ſunt ſtellæ 6. quæ non ſunt in forma Piſcis,& ſic in numero totali magnarum ſtellarũ partis Meridionalis ſunt 15. imagines, & ſtellæ magnæ, tam in forma animalium, quàm extra formã 316. & iſte eſt ornatus communis nobis notus partis Meridio. Viſo de ornatu cæli ſtellati in parte meridiana, videndum eſt contrarium de ornatu orbis duodecim ſignorum,& eius imaginibus,& de numero magnarum ſtellarum, circa quam materiam notandum eſt, quòd iſta pars Cæli duodecim ſignorum,eſt fortioris influentiæ aliis duabus partibus Cæli, quia eius influentia fortificatur per inceſſum 7. Planetarum ſub iſto circulo zodiaci, quæ ſunt duodecim ſigna cæli, & licet

in

in zodiaco ſint imagines aliquæ dupli ces,vt Gemini, Sagittarius, Virgo, & Piſces, tamen hîc in iſta numeratione non numerantur,niſi in vno ſigno, & pro vno ſigno,licet imago ſit duplex. Et eſt ſciendum, quôd ſignum Arietis ſeu imago Cæli Arietis habet 13. ſtellas in forma animalis,& 5.ſtellas extra formam Arietis, & circa Arietẽ participantes naturam eius. Signum Tauri habet 32. ſtellas in forma animalis, & 11. ſtellas circa formam Tauri. Signum Geminorum habet 18. ſtellas componentes formam duorum fratrum, & 7. ſtellas circa formam. Signum Cancri habet 11. ſtellas in forma animalis, & 4. ſtellas circa formã ſuam. Signum Leonis habet in forma 25. ſtellas, & 8. ſtellas circa formam ſuam. Signum Virginis habet 23. ſtellas in forma ſigni, & 6. ſtellas extra formam ſuam. Signum Libræ, habet octo ſtellas in forma ſua, & 9. ſtellas
circa

circa formam ſuam. Signum Scorpionis habet 21. ſtellas in forma ſua, & tres extra formam. Signum Sagittarii habet 31. ſtellas. Signum Capricorni habet 28. ſtellas. Signum Aquarii habet 42. ſtellas in forma, & tres ſtellas extra formam, & circa ſignum Piſcium habet 34. ſtellas in forma amborum Piſcium, & in cathena, & 4. extra formam, & numerus totalis magnarum ſtellarum eſt 346. ſtellæ, quæ ſunt ſtellæ maiores orbis ſignorum. Et nota, quòd in orbe ſignorum ſunt aliæ ſtellæ paruæ, numero 600. quæ ſtellæ non ingrediuntur iſtum numerum ſuperiorem, qui eſt numerus 346. Stellarum.

Circa verò imagines, & ſtellas magnas partis ſeptentrionalis notandum eſt, quòd imagines ſunt 21. & ſtellæ ſunt 360. quæ ingrediuntur iſtum numerum. Prima imago dicitur Vrſa minor, & continet 7. ſtellas. Secũda imago

go dicitur Vrſa maior,& continet 27. ſtellas. Inter Vrſam maiorem, & minorem eſt vna magna ſtella, quæ non eſt in forma. Tertia dicitur imago Draconis magni, & continet 32. ſtellas. Inter Vrſam maiorem, & Draconem ſunt 8. ſtellæ extra formam dictarum imaginum. Quarta imago vocatur Inflammatus, & continet 11. ſtellas. extra formam ſunt duæ ſtellæ magnæ. Quinta imago vocatur Vociferans,& continet 22. ſtellas. Sexta imago vocatur Audiens, & continet duas ſtellas. Septima imago vocatur Corona Septentrionis,& continet 8. ſtellas. Octaua imago vocatur Saltator, & continet 28. ſtellas: extra formam eſt ſtella vna. Nona imago dicitur Vultus cadens, & continet 10. ſtellas. Decima imago vocatur Gallina, & continet 17. ſtellas circa imaginem Gallinæ, & extra formam ſunt ſtellæ 2. Vndecima dicitur imago hominis habentis pal-

mam dilibutam,& continet 13. ſtellas. Duodecima imago dicitur deferens caput Algor, & eſt imago hominis carnificis deferentis in manu ſua per capillos caput hominis decapitati, continens 26. ſtellas ſequentes caput Algor,& ſunt 3. ſtellæ extra formã. Decimatertia imago vocatur Coralium, & continet 14. ſtellas, Decimaquarta vocatur Lator Serpentis, ſeu homo Serpentarius, & continet 24. ſtellas, extra formam ſunt ſtellæ 5. quæ non ſunt de numero imaginis. Decimaquinta vocatur imago Serpentis, & continet 18. ſtellas. Decimaſexta vocatur imago Balahanæ, & continet 5. ſtellas. Decimaſeptima imago vocatur Aquila volãs, & eſt imago magni honoris, & magnæ influentiæ in virtute,& continet 7. ſtellas, extra formã Aquilæ ſunt ſtellæ 6. participantes naturam ſtellarum Aquilæ, & conueniunt in conditione & proprietate in-

fluent

fluentiæ cum Ioue. Decimaoctaua vocatur Delphin, & continet ſtellas 10. Decimanona vocatur imago Equi prioris, & continet ſtellas 4. Vigeſima vocatur imago Equi ſecundi, ſeu Equi maioris, & continet ſtellas 20. Vigeſimaprima imago vocatur Mulier concathenata, quæ non vidit virum ſeu maritum, & continet ſtellas 23. circa illam partem ſunt 4. ſtellæ, quæ vocantur ſtellæ trianguli: quia ſtellæ 3. ſunt in tribus angulis, & vna ſtella in medio trium angulorum, & participant iſtæ quatuor ſtellæ naturam Saturni.

Ex his igitur clareſcere poteſt, quòd ſtellæ habentes magnitudinem ſecundum numerum totalem ſunt 1022. & de numero ſtellarum non eſt Taugulca, id eſt, Cometa, cùm ſit de natura elementari, licet reguletur tam in motu, quàm in ſignificatione, à corpore Cæleſti vnde cauſatur. Dicit nanque

Album

Albumaſar, quòd aduentus ignium, & ſtellæ Cometæ, maximè eſt in dominio Martis, cùm fuerit in coniunctione cum Ioue, & habet Cometa pro materia ignem & aërem: ignem ab influentia Martis: aërem ab influentia Iouis. Iſtud capitulum valet vtentibus inſtrumentis Aſtrologorum ad habendum horas, & menſuram temporis per ſtellas maiores, quæ nominantur in Aſtrolabio, vel in quadrāte completo.

ARGVMENTVM.

Tertium Capitulum ſecundæ Differentiæ, eſt de gradibus lucidis, & tenebroſis, & de alijs conditionibus graduum Zodiaci per modum tabulæ ordinamus.



Irca declarationē iſtius tertii capituli, notādum eſt ſecundum doctrinam Theologorum, quòd Cælum non eſt æqualis virtutis nunc: ſicut in principio Creationis rerum, teſte magiſtro ſen-

tentiarum in 4.dist.48. cap.fin.vbi po
nit expressè, quòd lux Solis, & Lunæ,
& aliorum syderum percussa fuit, &
minorata propter peccatum primi ho
minis. Lucebant enim ante peccatum
primi hominis, septem vicibus plus,
quàm modò luceant: & sic claritas Lu
næ erat, vt nunc est claritas Solis. Et
veniente Domino ad iudicium, recu-
perabitur claritas Solis, & Lunæ, &
syderum, eo modo, quo fuit in princi-
pio Creationis rerum. Sæpè in Sacra
scriptura, & in textu Moysi, Deus cõ-
minatur populo rebelli se daturum
cælum ferreum, hoc est, influentias nõ
propitias viuentibus super terram, &
circa istam positionem imaginandum
est de gradibus Cæli, tam Cæli stella-
ti, quàm nonæ Sphæræ, quæ numero
totali sunt 360. sub quibus gradibus
incedunt Planetæ. Vnde non est ima-
ginandum, quòd in principio Crea-
tionis fuissent illi gradus tenebrosi va
cui

cui puteales, & gradus, qui dicuntur Azemena, qui ſunt gradus debilitationis corporum, & priuationis membrorum, aut organorum operum: vt cæcitas, ſurditas, claudicatio, aut quæuis alia membrorum mutilatio, quæ quãdiu homo vixerit, ſecum habebit. Cũ igitur Luna fuerit ſub his gradibus, aut principalis ſignificator, hoc eſt, Planeta habens influentiam principaliorem ſuper corpus nati, influit ſæpe licet contingenter debilitationẽ membrorum, aut priuationem, vt dictum eſt. Verùm ſi Planeta, qui habet principalem influentiam, ſit in domo propria, & Orientali à Sole, & in aliquo angulo Cæli, dato, quòd ſit ſub gradu Azemena eius, impedimentum nõ eſt tantum, nec propè ac ſi eſſet Planeta maſculinus, Occidentalis, cadens ab angulis ſub gradu Azemena. Eſt ergo imaginatio præſentis Capituli, quòd omnes iſti gradus: debilis influentiæ,

ſeu malignæ influentiæ fuerunt percuſsi poſt peccatum primi hominis, & ſic Deus vult eos manere in Cælo ad exercitium, & ad punitionem naturæ. Qui voluerit acquieſcere huic opinioni ſeu viæ, acquieſcat: quia non video impedimentum ex parte veritatis, qui non voluerit, non conſtringatur: quia non eſt veritas nobis neceſſaria ad credendum. Et in iſto capitulo ſunt ordinandæ paruæ tabulæ graduum in quibus tangentur gradus maſculini, & fœminini: gradus lucidi, & tenebroſi, gradus vacui & puteales, & gradus Azemena, & gradus augmentantes fortunam. Et aliquando poteſt eſſe quòd idem eſt gradus augmentans fortunam, & gradus Azemena augmentans fortunam in bonis temporalibus, & influens ad debilitationem corporis, ratione gradus, qui dicitur Azemena: Vt exempli gratia,

vnde

vndecim geminorum, vnde quandoque accidit, vt idem homo ſit ſurdus vel claudus, & tamen opulentus in diuitiis. Iſta patent in ordine tabularum paruarum inferius deſcriptarum.



Tabula graduum maſculinorum, & fœmininorum.

Aries	maſc.	8	fœm.	1	maſc.	6	fœm.	7	maſc.	8		
Taurus	fœm.	5	maſc.	6	fœm.	6	maſc.	4	fœm.	3	maſc.	6
Gemini	fœm.	5	maſc.	11	fœm.	6	maſc.	4	fœm.	4		
Cancer	maſc.	2	fœm.	6	maſc.	2	fœm.	2	maſc.	11	fœm.	7
Leo	maſc.	5	fœm.	3	maſc.	7	fœm.	8	maſc.	7		
Virgo	fœm.	8	maſc.	4	fœm.	8	maſc.	10				
Libra	maſc.	5	fœm.	10	maſc.	5	fœm.	7	maſc.	3		
Scorpius	maſc.	4	fœm.	10	maſc.	3	fœm.	8	maſc.	5		
Sagittar.	maſc.	2	fœm.	3	maſc.	7	fœm.	12	maſc.	6		
Capric.	maſc.	11	fœm.	8	maſc.	11						
Aquar.	maſc.	5	fœm.	10	maſc.	6	fœm.	4	maſc.	2	fœm.	3
Piſces.	maſc.	10	fœm.	10	maſc.	3	fœm.	5	maſc.	2		

Tabula graduum tenebroſorum, lucidorum, fumoſorum, & vacuorum.

Aries	ten.	3	luci.	5	tene.	8	luci.	4	vac.	4	luc.	5	vac.	1
Taurus	tene.	3	luci.	4	vac.	5	luci.	3	vac.	5	luc.	8	ten.	2
Gemini	luci.	4	tene.	3	luci.	5	vac.	4	luc.	6	ten.	5	vac.	3
Cancer	luci.	12	tene.	2	vac.	4	fum.	2	luc.	8	vac.	2		
Leo	tene.	10	fum.	10	vac.	5	luci.	5						
Virgo	tene.	5	luci.	3	vac.	2	luci.	6	fu.	6	vac.	5	ten	3
Libra	luci.	5	tene.	5	luci.	8	tene.	3	luc.	6	vac.	3		
Scorpius	tene.	3	luci.	5	vac.	6	luci.	6	fu.	2	vac.	5	ten.	3
Sagittar.	luci.	9	tene.	3	luci.	7	fum.	4	luc.	7				
Capric.	tene.	7	luci.	3	fum.	5	luci.	4	ten.	3	vac.	3	ten	5
Aquari9	fum.	4	luci.	5	tene.	4	luci.	8	vac.	4	luc.	5		
Piſces.	tene.	6	luci.	6	tene.	6	luci.	4	vac.	3	luc.	3	ten.	2

	Tabula graduum puteorum						*Azemena.*				*& augmentantium fortunam.*				
Aries	6	11	19	23	29		19								
Taurus	5	13	18	24	25	26	3	15	27	30	6	7	8	9	10
Gemini	2	12	17	26	30		11	1							
Cancer	12	17	23	26	30		1	3	14	15	7	9	vſq;	15	
Leo	6	13	15	22	23	28	2	5	7	10	19	27		28	
Virgo	8	13	16	21	25		3	13	20	30					
Libra	1	7	20	23	30		3	5	21	24					
Scorpius	9	10	17	22	27		7	12	18	20	19	29			
Sagitta.	7	12	15	24	27	30	13	20			1	7	18	19	
Capric.	2	7	17	24	28		13	14	20	24	26	27	28	29	
Aquariꝰ	12	17	24	29			7	16	17	20	28	26			
Piſces.	4	9	24	27	28		13	20							

MASCVLINI Gradus dicuntur, quia fortiores ſunt fœmininis,& vir natus ſub eis robuſtioris fortitudinis eſt,quàm natus ſub fœmininis, & Planeta maſculinus exiſtẽs ſub eis, fortioris eſt influentiæ, quàm ſub fœmineis,& inde eſt, quòd aliquando mulieres ſunt fortes, & aſsimilantur viris in colore, & ſunt potentes ad labores. aliqui viri econtra ſunt debiles, & aſsimilantur mulieribus. De gradibus maſculinis,& fœmininis aliqui conſiderauerunt aliter, quàm Alkabitius, dicentes primum gradum primi ſigni, ſcilicet Arietis, poſitum in loco impari eſſe maſculinum, & ſecundo poſitum in loco pari eſſe fœmininum: & ſic deinceps vſque ad finem piſcium, ita,quòd vltimus Piſcium ſic eſſet fœmininus: ſed figura ſuperius deſcripta datur ſecundum Alkabitium, cuius via in hac materia eſt communior.

Lucidi gradus de ſe influunt ad

pulchritudinem rerum, & ad ſerenitatem temporis, gradus tenebroſi econtra. Vacui gradus dicuntur illius influentiæ, quia opera, quæ inchoantur ſub eis, communiter ſunt vacua, & fruſtrata ſine intento, ſi Planeta dominans ſit ſub eis maximè cadens ab angulis.

Puteales gradus dicuntur per iſtam imaginationem, quia quando Planeta eſt ſub eis, eſt quaſi in puteo, id eſt, debilis influentiæ, quo ad virtutem caloris, & quo ad alia opera vtilitatis, & tamen communiter quando Planetæ ſuperiores incedunt ſub gradibus putealibus, frigus augmentatur in aëre. De gradibus augmentantibus fortunam, hoc eſt, cenſendum, Planeta exiſtens ſub eis, habet influentiam augmẽtationis fortunæ nato, vel inchoanti opus: ſi tamen ſit capax, & non ſit aliunde impeditus.

De gradibus Azemena dictum eſt ſupra.

ſupra. Sunt & gradus fumoſi, & ſunt, qui ſignificant verba vana, & verba ſuperbiæ & magnæ arrogantiæ.

ARGVMENTVM.

Quartum Capitulum ſecundæ Differentiæ eſt de duplici motu Cæli, & de quadruplici motu ſeptem Planetarum.

CAelum itaq; ſtellatum mouetur ab Oriente in Occidentem, & ecōtra intra 24. horas. Et iſte motus dicitur eſſe violẽtus, vel raptus à Philoſophis, aptitudine & motu ipſius primi mobilis, quòd eodem tempore trahit ſecum cælum ſtellatum, & orbes ſeptem Planetarũ, & hoc imperio creatoris: & quia præter iſtum motum habet alium motũ, videlicet, ab Occidente in Orientem: & hoc in cẽtum annis vno gradu: qui motus à Philoſophis dicitur naturalis. Cæli verò ſeptem Planetarũ cum ipſis Planetis mouentur in die naturali

rali ab Oriente in Occidentem gyrando de Occidente in Orientem, in ſpatio eodem 24. horarum. Et iſte primus motus eſt nobis multum apparẽs. Secundus motus Cælorum 7. Planetarum eſt ab Occidente in Orientem, & iſte dicitur motus eorum naturalis, & in iſtis temporibus complent ſuas reuolutiones totales, Vt verbi gratia, Saturnus, qui eſt altior cæteris, cõplet ſuam reuolutionem naturalẽ de puncto zodiaci ad eundem punctum reuertendo in triginta annis, ita quòd ſi ſit nunc in principio Arietis poſt triginta annos adæquatè nihil addito, neque remoto perueniet ad eandem partem zodiaci. Et Iupiter in 12. annis ab Occidente in Oriẽtem circuendo totum zodiacum. Mars complet ſuam reuolutionem in duobus annis cum dimidio. Sol verò, qui inter cæteros Planetas mouetur magis regulariter, complet ſuam reuolutionem

tota

totalem zodiaci in vno anno, qui annus reductus ad dies & horas est 365. dierum, & sex horarum: & ista mensura temporis, dicitur annus solaris: & de istis sex horis in 4. annis causatur annus bisextilis. Venus verò, & Mercurius, qui sunt inferiores Sole, mensurantur motu Solis in mediis motibus eorum, & aux Veneris, & aux Solis sunt semper in eodem loco, & mouentur de puncto ad punctum in vno anno Solari. Luna verò in suis mediis motibus mouetur de puncto ad punctum zodiaci, in 27. diebus, & 8. horis cum aliquibus minutis horarum. necdum Luna, quæ in coniunctione præcedente Solis fuit cum Sole, venit ad Solem, quia Sol pertransit in illo tempore, quasi vnum signum zodiaci, & expedit antequam Luna veniat ad Solem, iterum pro coniunctione, quòd peragret illud spatium zodiaci, quod Sol pertransiuit à tempore coniun-

ction

ctionis ita, quòd Luna à coniunctione ad coniunctionem plus habet de motu, quàm sit totus zodiacus. Et est notandum, quòd Luna, & Planetæ aliquando mouentur versus Septentrionem, & aliquando versus meridiem. & duplex est causa, quia oportet quòd Planetæ insequantur in motu suo, motum zodiaci. Et zodiacus habet declinationem, & consideratur eius declinatio à linea æquinoctiali, quæ est in capite Arietis, & Libræ: & eius declinatio versus Septentrionem est 23. graduum cũ dimidio grosso modo mensurando, & totidem graduum, videlicet 23. graduum cum dimidio est declinatio zodiaci versus meridiem, & est maximè Solis declinatio, quando est in fine Sagittarii veniendo ad principium Capricorni. Et ita Planetæ dicuntur ascendere, vel descendere versus Septentrionem, & meridiem. Verbi gratia. Sol à principio Arietis, seu

ab

ab eius capite, vſque ad caput Cancri eſt ſiniſter aſcendens,& à capite Cancri vſque ad caput Libræ eſt ſiniſter deſcendens,& in tota illa parte aſcendendo & deſcendendo eſt planeta ſeptentrionalis,& dicitur eſſe fortior. & à Libra vſque ad caput Capricorni dicitur Sol eſſe dexter:& deſcendens à Capricorno ad Arietem dexter aſcendens:& in tota iſta medietate eſt meridionalis & debilior, ſimili quoque modo ſicut dictum eſt de Sole, ita intelligẽdum eſt de Luna,quòd ſcilicet ipſa habet motus ad ſeptentrio.& meridiẽ,ſicut habet ad orientẽ,& occid. vnde habet 4.motus ad ſeptentrionẽ, & meridiem: & hoc in quolibet menſe lunari.nam Luna à capite ſui Draconis ad nonageſimum gradum eſt ſiniſtra aſcendens:& à nonageſimo gradu poſt vſque ad caudam Draconis eſt ſiniſtra deſcendens:à cauda autem draconis ad nonageſimum gradũ eſt dex-

tra

tra descendens,& à nonagesimo gradu post scilicet ad caput Draconis est dextra ascendens. Et nota hîc de Luna, quòd quando ipsa est sinistra ascendens, tunc est fortioris virtutis, quàm quando est sinistra descendens: & in parte sinistra, quæ est septentrionalis, est fortior, quàm sit in parte meridionali:& semper ascendendo est fortior, quàm descendendo:& ita intelligatur de alijs planetis. Et nota quòd quando Luna est in principio Cācri, existens sinistra ascendens versus nonagesimū gradum à capite sui Draconis, est nobis propinquior in istis regionibus, quàm possit esse,& aliquando contingit, quòd est in Cancro distans à capite sui Draconis ꝑ nonaginta gradus. Hîc est etiam notandū, quòd isti ascensus,& descensus computantur pro vno motu eundo & redeūdo, videlicet, versus septentrionē, vel meridiē. Ex his patet, quòd Luna mouetur ab oriente

in Occidentem motu firmamenti, & econuerſo motu proprio & naturali, & linea ecliptica mouetur verſus Septentrionem, veniendo iterum ad lineam eclipticam, hoc eſt, ad principiũ Arietis, & Libræ, & à linea ecliptica tendit ad meridiem aſcendendo, poſtea iterum deſcendendo non ceſſando ab iſtis motibus imperio Creatoris.

Nota circa hoc, quòd ſicut declaratum eſt de latitudine & motu Lunæ, verſus Septentrionem & Meridiem: ita conſiderauerunt Aſtrologi, & ſuper hoc fecerunt tabulas proprias de latitudinibus quinque Planetarum ad partem Septẽtrionalem, & ad partem Meridionalem, quãtùm videlicet mouetur Saturnus verſus Septentrionalem, & quantum Iupiter, Mars, Venus, & Mercurius. Vnde latitudo Saturni verſus ſeptentrionem maior, quæ eſſe poſsit, eſt trium graduum, & duorum minutorũ: & latitudo eius maior ver-

ſus meridiem eſt trium graduum & quinq; minutorum. Latitudo Iouis maior verſus ſeptentrionem eſt duorum graduum, & octo minutorum, totidem verſus meridiẽ. Latitudo Martis verſus ſeptentrionem eſt quatuor graduum & 21. minutorum verſus meridiem eſt ſeptem graduum, & triginta minutorum. Sol autem non habet latitudinem, niſi iam dictam ſuperius, quæ eſt declinatio eius ab æquinoctiali. Latitudo Veneris maior verſus ſeptentrionem eſt ſeptem graduum & 22. minutorum verſus meridiem eſt duorum graduum & 20. minutorum.

Latitudo Mercurij maior verſus ſeptentrionem eſt quatuor graduum, & quinque minutorũ, verſus meridiem eſt duorum graduum & triginta minutorum. Et nota hîc, quòd quantò plus aliquis planeta eleuatur verſus ſeptentrionẽ in latitudine ſua, tantò eſt fortior, & planeta, qui habet latitudinem

nem ſuam in ſeptentrione,ille eſt fortior illo,qui habet eã in meridie. Verbi gratia,in coniunctione magna, Saturni,& Iouis,quæ anno domini fluẽte.1425.completis triginta diebus Augusti nouemdecim horis cum quinq; minutis horæ, Saturnus fuit eleuatus ſupra Iouem in parte ſeptentrionis de aliquibus gradibus,& fuit illa coniunctio mutata de triplicitate in triplicitatem, videlicet, de triplicitate aërea ad aquaticam:& fuit facta coniunctio in decimotertio gradu Scorpionis cõpletis duodecim gradibus Scorpionis & trigintavno minutis.fuit quoq; facta in ſecunda domo cæli. Mars fuit in aſcendente in decimoſexto gradu Libræ quindecim gradibus completis & quadraginta minutis completis,& ſeptimus gradus Libræ fuit aſcendens cæli ſuper ciuitatem Viennenſem innuitur igitur propter eleuationem Saturni ſuper Iouem, quòd poteſtas Ec-

clesiastica in multis partibus opprimetur à temporali potestate, maximè in substantiis Ecclesiasticis, & effectus illius coniunctionis nõ videtur per integrum euacuari ante quinquaginta annos, quia fuit mutatio de triplicitate ad triplicitatem, & longo tempore fraudes & bella debent habere locum propter Martem in ascendente, & sunt hæc dicta de illa magna coniunctione introducta solùm ad introductionem intelligentiæ motus Planetarum versus Septentrionem, & Meridiem & latitudinis & eleuationis Planetæ super Planetam in eadem parte latitudinis.

ARGVMENTVM.

Quintum Capitulum secundæ Differentiæ, de quinque dignitatibus, & propriè essentialibus septem Planetarum, & de eorum virtutibus, & fortitudinibus.

Scien


Ciendum circa declaratio-nem præſentis capituli, & pro intellectione ordinis cælorum figuram domorũ planetarum debere depingi in loco iſto circa præſens capitulũ, vel in fine tractatus, ſed cõpetentius hîc. Et eſt vlterius ſciendum, quòd quinq; ſunt dignitates eſſentiales ſeptem planetarum, quæ vocantur eſſentiales fortitudines, et quilibet eorum habet eas in locis ſibi conueniẽtibus, & præter iſtas habent alias duas dignitates etiam eſſentiales minus principales. prima fortitudo principalis de quinque vocatur domus. ſecũda exaltatio. tertia triplicitas. quarta terminus. quinta facies: ita quòd planeta in ſua domo habet quinque fortitudines, quæ dicuntur quinque virtutum teſtimonia: ſed in ſua exaltatione ſeu regno habet quatuor teſtimonia virtutum. in ſua verò triplicitate habet tria virtutum teſtimonia: in ſuo

autem termino habet duo teſtimonia virtutum:& in ſua facie habet vnum teſtimonium virtutis. Prima dignitatum eſſentialium minus principalium ipſorum planetarum vocatur dominatio horæ. Secunda verò dominatio nouenæ, id eſt nonæ partis vnius ſigni, qua maximè vtuntur aſtrologi Indi, & de iſtis duabus dignitatibus duæ tabulæ poni poſſunt ad propoſitum: vnde tabulam nouenarum & terminorum ponunt circa finem capituli præſentis. Dominatio autem horæ ſiue tabula poteſt aſsignari per iũctu-ras digitorum manus diuidēdo diem artificialem in duodecim horas inæquales, ſimiliter & noctē, vnde in prima hora regnat planeta à quo denominatur illa dies, vt in die Solis ſeu dominico ſol:& ante meridiem regnant ſex planetæ,& poſt meridiem ſex alii, & procedendum eſt ſecundum ordinem planetarum in hoc verſu conten-

tum

tum.Sol Ve.Mer.Luna,Saturnus, Iupiter,& Mars.& quando numerus vigintiquatuor horarum eſt completus per iuncturas,reuertendum eſt ad iuncturam primã,quæ denotat primam horam diei immediatè ſequentis. & incipiunt calculationes horarum iſtarum in ortu ſolis, & circa hoc poteſt aſsignari breuis tabula ſcripta in qua inchoatur à die ſabbati:quia Saturnus eſt altior planetarum. Et nota, quòd in die ſabbati ante meridiẽ Saturnus, Iupiter, Mars,Sol, Venus, Mercurius habent dominium ſex horarum æqualium,vel inæqualium:& poſt meridiẽ, alii ſex planetæ ſequentes ſcilicet Luna,Saturnus,Iupiter,Mars,Sol, Venus habent dominiũ vſque ad principium noctis,& à principio noctis vſque ad mediam noctem alii ſex planetæ per ordinem,& à media nocte vſque ad ortum ſolis diei ſequentis alii ſex plane-

tæ per ordinem ſequentes.& 25. planeta ſequens eſt principium diei ſequentis, & dominus horæ, vt patet in tabula, quæ immediatè ſequitur.





Tabula ad ſciendum dominium Horæ.

Horæ diei		*Saturni dies*	*Solis dies*	*Lunæ dies*	*Martis dies*	*Mercurij dies*	*Iouis dies*	*Veneris dies*
1	15	♄	☉	☾	♂	☿	♃	♀
2	16	♃	♀	♄	☉	☾	♂	☿
3	17	♂	☿	♃	♀	♄	☉	☾
4	18	☉	☾	♂	☿	♃	♀	♄
5	19	♀	♄	☉	☾	♂	☿	♃
6	20	☿	♃	♀	♄	☉	☾	♂
7	21	☾	♂	☿	♃	♀	♄	☉
8	22	♄	☉	☾	♂	☿	♃	♀
9	23	♃	♀	♄	☉	☾	♂	☿
10	24	♂	☿	♃	♀	♄	☉	☾
11		☉	☾	♂	☿	♃	♀	♄
12		♀	♄	☉	☾	♂	☿	♃
3		☿	♃	♀	♄	☉	☾	♂
14		☾	♂	☿	♃	♀	♄	☉

De prima dignitate essentiali.

CONSIDERANDVM igitur pro domorũ declaratione quòd cum Sol,& Luna fortiores ſint aliis quinque Planetis,& habent maiorẽ euidentiam quo ad generationes & corruptiones huius mũdi quàm alii: iuſtum eſt, vt habeant digniores domos in duodecim ſignis:ideoq́ue Cancer inter cætera nobis propinquior incipiẽs æſtatem, dum ipſum ſignum intrat, & cum hoc dicitur fœmininus, nocturnus:Luna verò inter ſtellas eſt nobis proxima vicinior terræ, faciliusq́ue mouetur,cum hoc frigida & humida fœminina nocturna notificans rerum principia. Ex iſta ſimilitudine antiqui ſapientes nominauerunt Cancrum fore domum Lunæ,& Leonem ſequentem immediatè eſſe domum Solis ex hoc quòd calidus,& ſiccus eſt maſculinus,& diurnus ſicut Sol, & eſt medius ſignorum æſtatis, quæ ſunt

Canc

Cancer, Leo, Virgo, ſicut Sol ponitur in medio omnium Planetarum. Rurſus nanque Sol, & Luna dant rebus generationem & crementum, iuſtum eſt, quòd Cãcer & Leo, qui ſunt ſigna æſtatis, ſint eorum domus. Et quia Capricornus & Aquarius, ſunt ſigna hyemalia frigida: Saturnus, eiſque ſimilis, nam frigidus & ſiccus contrarius luminaribus, ſcilicet Soli, & Lunæ & ipſorum naturis: iuſtum eſt, quòd Capricornus, & Aquarius ſint Saturni domus. Nam ſunt ſigna oppoſita Cancro, & Leoni: ita quod Aquarius principiũ medietatis, cæli vbi dominium habet Luna rectè oppoſitũ Leoni. Capricornus vltimus medii cæli, vbi Sol dominatur, reſpicit Cancrum in oppoſitum, & quia domus Saturni contrariantur, & opponuntur domibus Solis, & Lunæ: ideo dicitur malignus, & aduerſarius, & corruptor luminarium, ſcilicet quia Iupiter

ter eo quòd ſignificat temperantiã naturæ & ſuus circulus eſt ſubtus,& inferior circulo Saturni domum ſuam capit,Sagittarium,& Piſces, qui contrariantur domibus Saturni,licet proximiores ſint inter ipſos vel circa ipſos,prout Iupiter eſt proximior Saturno,& ſibi aduerſatur: ſed dictæ domus Iouis ſimiles ſunt domibus Solis & Lunæ,& ipſas reſpiciunt trino aſpectu, qui dicitur amicabilis, taliter, quòd Sagittarius calidus & ſiccus reſpicit trino aſpectu domum Solis, ſcilicet Leonem,qui ſimiliter dicitur calidus & ſiccus: Piſces verò frigidi & humidi etiam reſpiciunt trino aſpectu domum Lunæ,ſcilicet, Cancrum frigidum & humidum, & hac de cauſa Iupiter dicitur amicus generans fortunam Solis,& Lunæ. Item Mars maliuolus & corruptor luminarium, cuius circulus eſt ſubtus circulum Iouis, domum ſuam habet Scorpionem, &

Arietem

Arietem ſigna proxima circa domos Iouis. Et ſicut Mars exceſsiuè eſt naturæ peruerſus ſiccus & ardens, & aduerſatur Soli, & Lunæ: & eſt ipſorum effectuum corruptor, ſic ſimiliter domus ipſius Martis aſpiciunt quarto aſpectu domum Solis, & Lunæ: & dicitur ille aſpect⁹ peruerſus taliter, quòd Scorpio, qui dicitur frigidus & humidus, reſpicit peruerſè quarto aſpectu Leonem, qui dicitur calidus & ſiccus: etiã Aries, qui eſt calidus & ſiccus ſimiliter reſpicit Cancrum frigidum & humidum. Item Venus fortunata & benigna, cuius circulus eſt ſubtus Solem: habet pro domo Taurum, & Libram proximiores circa domum Martis & reſpiciunt domum Solis, & Lunæ ſimili aſpectu, quæ dicitur ſatis amicabilis taliter, quòd Libra reſpicit ſimili aſpectu Leonem, qui partim ei ſimilis eſt: nam conueniunt in caliditate ſeu calore. ſimili aſpectu reſpicit Taurus

Cancr

Cancrum,qui ſimilis ei eſt invna qualitate,ſcilicet frigiditate. Venus autem minus eſt fortunata, quàm Iupiter eo quòd ipſius Veneris domus pares ſunt vna ſola qualitate domibus Solis, & Lunæ: domus verò Iouis ſunt ei ſimiles bina qualitate & ipſas aſpiciunt magis amicabili aſpectu, quàm faciat domus Veneris. Sequitur Mercurius domificans in Geminis et Virgine,qui ſunt propinquiora ſigna circa domũ Solis,& Lunæ:ſunt verò ſigna cõmunia duorũ curſuum.ideo conueniunt Mercurio, qui cum fortunatis beniuolus eſt,& fortunatus:& cum peruerſis peruerſus,& infortunatus:& ex ſeipſo tã paruæ qualitatis eſt,quòd modò ſiccus modò humidus ſecundum illius naturam,cui ſociatur:& eſt debilior, quàm Venus beniuola. Et licet domus Iouis ſint ſigna communia duplici curſu ſicut domus Mercurii,nihilominus, quia ſunt ſimiles domibus

Solis

Solis, & Lunæ duplici qualitate, & ipſas cernunt aſpectu amicabiliori: ideo ſe nõ poſſunt variare,neque mutare de fortuna in fortunã, neque Iupiter:ſed quilibet aliorum trium planetarum, ſcilicet Saturnus, Mars, & Venus pro ſua domo habent vnum ſignum mobile, & cõuertibile, alterum vero fixum modo tali, quòd Saturnus in parte cæli media, que eſt ex Luna cepit pro domo Aquarium ſignum fixum, & in parte Cæli, quæ eſt à Sole, cepit pro domo Capricornum, quod eſt ſignum mobile & conuertibile, & Mars in parte Cæli,quæ eſt à Sole, cepit pro domo Scorpionem fixum, & Arietem mobilem ex parte cæli, quæ ex Luna eſt. Venus quidem in parte cæli, quæ eſt ex Luna, cepit Taurum fixum & in parte cæli, quæ eſt ex Sole, cepit Libram ſignum mobile: & quia Sol,& Luna maiorem euidentiam habent in rebus huius mundi, quàm cæ-

teri Planetæ:ideo dominantur in duabus Cæli medietatibus. Ideoq́ue quilibet aliorum quinque Planetarum vnam ſuarum domorum habet in medietate cæli, quæ eſt à Sole, in qua parte Sol participat in dominio cum Planeta dominante in illa domo: in altera verò medietate, quæ à Luna eſt, & in qua parte Luna participat in dominio cum Planeta dominante in tali domo participant.

De ſecunda dignitate eſſentiali.

CONSEQVENTER eſt videre de exaltatione, cui quatuor aliæ dignitates accedunt: & eſt inter ſapientes diuerſitas de ipſa exaltatione: nã plures antiquorum dixerunt ſolùm aliquos gradus eſſe Planetarũ exaltationis, ſicut decimumnonum gradum Arietis dixerunt exaltationem Solis. tertium gradum Tauri, Lunæ. tertium Geminorum, capitis Draconis. tertium Sagittarii, caudæ Draconis. decimum-

quin

quintum gradum Cancri Iouis. Vigeſimumoctauum gradum Capricorni Martis. Vigeſimũprimum Libræ, Saturni. Vigeſimumſeptimum Piſcium Veneris. Quindecimum Virginis, Mercurij. Humilitatem autem, & caſum dixerunt Planetas habere in locis oppoſitis. Ptolemæus autem totum Arietem poſuit Solis exaltationem, & ſic de ſingulis aliis ſignis reſpectu aliorum Planetarum, & hanc viã communiter obſeruamus tempore moderno: dando quatuor dignitates eſſentiales Planetis. Ratione exaltationis, quo ad vnumquenq; gradum ſigni in quo exaltantur: concedendo cum antiquis, quòd fortior exaltatio fit in gradibus ſupradictis, quàm in cæteris, nullus autem Planetarum exaltatur in Leone, Scorpione, & Aquario.

De tertia dignitate eſſentiali.

DIGNITAS tertia eſſentialis dicitur triplicitas, cui tres ſuccedunt for

titudines,ſeu virtutum teſtimonia, & de triplicitatibus ſufficienter in cap. 1. huius ſecundæ Differentiæ eſt facta declaratio.

De quarta dignitate eſſentiali.

QVARTA dicitur Terminus, cui duæ accedunt virtutes, ſeu fortitudinis teſtimonia, & eſt terminus illius naturæ, cuius naturæ eſt ſuus Planeta. Et eſt notandum, quòd duntaxat quinque Planetæ Terminos dicuntur habere: nam Sol, & Luna ſimiles eſſentiales fortitudines dicuntur habere in duabus Cæli medietatibus: Sol in maiori, quæ eſt à principio Leonis ſuæ domus vſque in finem Capricorni: & dicitur maxima medietas propter aſcenſiones ſignorum, quæ incipiunt â dominio Solis, quæ ſunt maiores, & eſt medietas Solis, quia Sol in ipſa habet principatum ſimilem illi, quem Planetæ habẽt in ſuis Terminis: & alia medietas, quæ eſt â principio Aquarii vſque

que in finem Cancri eſt medietas minima,& eſt medietas Lunæ: & in ipſa talem habet principatum, qualem Sol habet in ſua. Ergo Sol, & Luna in dictis duabus medietatibus duo virtutum eſſentialium habent teſtimonia, ſicut Planetæ in ſuis Terminis. has duas virtutes, Sol, & Luna habent in duabus Cæli medietatibus dictis: eo quôd Sol, & Luna ſunt luminaria mundi principaliora cæteris Planetis ipſi mundo perſiſtentia. De Terminis verò aliorum quinque planetarum ſecundum ſententiam proximiorẽ ſentẽtiæ Ptolemæi, in quadripartito ſubſequenter in modum figuræ ſententia illico ſubiungetur.

De *quinta dignitate eſſentiali.*

VLTIMA verò eſſentialis dignitas dicitur facies, cui vnum virtutis ſuccedit teſtimonium, cuius figuræ figura teſtimoniorum eſt annectenda: & eſt conſiderandum, quòd Planetis

existentibus in oppositis locis harum essentiarum dignitatum directè totidem essentiales debilitates succedunt: quotidie eis deberent dignitates, si essent in locis harum essentialium dignitatum.

De *nouenis*.

ISTIS igitur Planetarum domibus,& eorum exaltationibus, & triplicitatibus ex prædictis patefactis dominationes nouenarum per modum tabulæ nunc sunt annectendæ. Vnde intellectus tabulæ Terminorũ est, quòd primi sex gradus Arietis sunt Termini Iouis:& sex sequentes sunt Termini Veneris,& sic deinceps : sed intellectus tabulæ facierum est quòd decem gradus Arietis sunt facies Martis ,& alii decem sequentes sunt facies Iouis. Intellectus tabulæ nouenarum infra patebit.

Nota quòd quodlibet signum habet nouem nouenas, ex quibus Mars

habet nouenam primam Arietis. Venus ſecundam: & ſic deinceps. pro intellectu tamen tabulæ nouenarum eſt notandum, quòd ſapientes Indi diuiſerunt quodlibet ſignum in nouem partes, quas vocauerunt nouenas, eo, quòd quodlibet continet nonam partem vnius ſigni, ſcilicet, tres gradus & etiã partem vnius, videlicet 20. minutis. Prima itaque nouena Arietis datur Marti, & Mars ipſi dominatur. Secunda datur Veneri, & ſic deinceps: vt patet in figura ſubſequenti nouenarum. Et habet dominus nouenæ ſimiliter, ſicut & dominus horæ vnam fortitudinem eſſentialem minus principalem: dominus tamen horæ præfertur in fortitudine domino nouenæ. Et ſic ſi aliquis horum dominorum duorũ ſit in aſcenſu, vel in aliquo angulo, vel in domo rei quæſitæ duplicatur et fortitudo, ſiue ad bonum, ſiue ad malum. Exempli gratia, ſi aliquis illorum eſ-

ſet in domo mortis quæſtione facta de morte, validius eſſet iudicium mortis: & fortitudo domini horæ poteſt eſſe, ſicut fortitudo domini aſcendentis. Verbi gratia, ſi quæſtio eſſet hora Iouis, & Iupiter eſſet in Virgine in oppoſito domus ſuæ, ſcilicet Piſcium: & Virgo eſſet aſcendens tribueretur Ioui domino horæ, quaſi virtus domus Iouis, ſcilicet quinque teſtimoniorum, quia dominus horæ eſſet in aſcendente.

Tabula Nouenarum.

	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Aries	♂	♀	☿	☽	☉	☿	♀	♂	♃
Taurus	♀	☿	☽	☉	☿	♀	♂	♃	♄
Gemini	☿	☽	☉	☿	♀	♂	♃	♄	♄
Cancer	☽	☉	☿	♀	♂	♃	♄	♄	♃
Leo	☉	☿	♀	♂	♃	♄	♄	♃	♂
Virgo	☿	♀	♂	♃	♄	♄	♃	♂	♀
Libra	♀	♂	♃	♄	♄	♃	♂	♀	☿
Scorpius	♂	♃	♄	♄	♃	♂	♀	☿	☽
Sagittarius	♃	♄	♄	♃	♂	♀	☿	☽	☉
Capricornus	♄	♄	♃	♂	♀	☿	☽	☉	☿
Aquarius	♄	♃	♂	♀	☿	☽	☉	☿	♀
Piſces.	♃	♂	♀	☿	☽	☉	☿	♀	♂

Tabula terminorum, secundum Ptolemæum, & Aegyptios.

Aries	♃	6	♀	6	☿	8	♂	5	♄	5
Taurus	♀	8	☿	6	♃	8	♄	5	♂	3
Gemini	☿	6	♃	6	♀	5	♂	7	♄	6
Cancer	♂	7	♀	6	☿	6	♃	7	♄	4
Leo	♃	6	♀	5	♄	7	☿	6	♂	6
Virgo	☿	7	♀	10	♃	4	♂	7	♄	2
Libra	♄	6	☿	8	♃	7	♀	7	♂	2
Scorpius	♂	7	♀	4	☿	8	♃	5	♄	6
Sagittarius	♃	12	♀	5	☿	4	♄	5	♂	4
Capricornus	☿	7	♃	7	♀	8	♄	4	♂	4
Aquarius	☿	7	♀	6	♃	7	♂	5	♄	5
Pisces.	♀	12	♃	4	☿	3	♂	9	♄	2

Tabula terminorum ſecundum Alkabitium.

Aries	♃	6	♀	6	☿	8	♂	5	♄	5
Taurus	♀	8	♂	3	☿	6	♃	8	♄	5
Gemini	☿	6	♄	6	♃	6	♀	5	♂	7
Cancer	♂	7	♄	4	♀	6	☿	6	♃	7
Leo	♃	6	♂	6	♀	5	♄	7	☿	6
Virgo	☿	7	♄	2	♀	10	♃	4	♂	7
Libra	♄	6	♂	2	☿	8	♃	7	♀	7
Scorpius	♂	7	♄	6	♀	4	☿	8	♃	5
Sagittarius	♃	12	♂	4	♀	5	☿	4	♄	5
Capricornus	☿	7	♂	4	♃	7	♀	8	♄	4
Aquarius	☿	7	♄	5	♀	6	♃	7	♂	
Piſces.	♀	12	♄	2	♃	4	☿	3	♂	9

Tabula facierum.

Aries	♂	10	☉	10	♀	10
Taurus	☿	10	☾	10	♄	10
Gemini	♃	10	♂	10	☉	10
Cancer	♀	10	☿	10	☾	10
Leo	♄	10	♃	10	♂	10
Virgo	☉	10	♀	10	☿	10
Libra	☾	10	♄	10	♃	10
Scorpius	♂	10	☉	10	♀	10
Sagittarius	☿	10	☾	10	♄	10
Capricornus	♃	10	♂	10	☉	10
Aquarius	♀	10	☿	10	☾	10
Piſces.	♄	10	♃	10	♂	10

ARGVMENTVM.

Sextum Capitulum ſecundæ Differentiæ, eſt de quibuſdam virtutibus accidentalibus ſeptem Planetarum, per quas influentiæ eorum fortificantur.



Ires accidentales ſtellarum ſiue Planetarum habẽtur multis modis. Primus eſt, quòd ſtella ſeu Planeta ſit in angulo, vel in ſuccedenti, aut quôd aſpiciat aſcendens. Secundus eſt quando Planeta eſt in quadam ſua dignitate, vtputa ſui gaudii: vt verbi gratia, Mercurius gaudet in aſcendente. Luna in tertia domo ab aſcendente. Venus in quinta, Mars in ſexta. Sol in nona. Iupiter in vndecima. Saturnus in duodecima. Præter iſtum modum gaudii Planetarum eſt alter modus: Vt verbi gratia, Sol gaudet in triplicitate ignea. Similiter Mars, quia conuenit complexioni ſuæ. Luna dicitur gaudere ſeu gratulari in triplicitate aquea. Iupiter, & Venus

Venus in triplicitate aëerea. Saturnus in triplicitate terrea. Alter modus gaudendi eſt, quando planeta eſt in dignitate amici ſui, vel amicæ. verbi gratia, ponatur, quòd Iupiter ſit in Tauro, qui eſt domus Veneris gaudet: quia eſt in domo amicæ ſuæ, & ſic deinceps.

Eſt & alter modus gaudij planetarū, qui dicitur eſſentialis: & eſt, vt planeta ſit in altera domorum ſuarum, vt Saturnus gaudet in Aquario. Iupiter in Sagittario. Mars in Scorpione. Venus in Tauro. Mercurius in Virgine. Mercurius etiam gaudet, cum fuerit orientalis in ſigno Geminorū. Etiam gaudet, cum fuerit occidentalis in ſigno virginis. Rurſus gaudet, cum fuerit ſub radiis Solis non tamen combuſtus. Vnde combuſtio vocatur, quando planeta eſt in radijs Solis ad ſextū gradum ante vel retro Solem, ſed dicitur eſſe ſub radiis poſt ſex gradus vſq; in quindecimum, vel ante vel poſt, &

poſt

post sex gradus euadit cõbustionem.
Præter istos modos gaudendi est alter modus gaudendi, vt planetæ diurni gaudent, quando sunt orientales à Sole, & nocturni, econtra, quãdo sunt occidentales. similiter Planetæ masculini diurni gaudent in parte cæli masculina: fœminini in fœminina. Mercurius est conuertibilis cum omnibus. est enim masculinus cum masculinis & cum fœmininis fœmininus. Planetæ masculini sunt Saturnus: Iupiter: Mars & Sol. Fœminini Luna & Venus. Mercurius conuertibilis. Tertius modus fortuniorum accidentaliũ est, quãdo planeta directus, vel vox est in suo cursu. Quartus modus est, quando planeta liber est à toto respectu, aut coniunctione infortunata. Quintus, quando planeta est in loco concernente ascendens, & non est in descensu, scilicet in opposito suæ exaltationis: & etiam, quòd non applicetur pla-
net

netæ ſtanti in ſuo deſcenſu. Sextus modus eſt, quando planeta eſt receptus.

Vnde notandum, quòd duplex eſt receptio, ſcilicet maior & minor. maior eſt, quando vnus planeta iungitur alteri per corpus, aut per aſpectum, aut per applicationem, & vnus eorum eſt in domo alterius, vel in exaltatione, quæ ſunt maiores dignitates eſſentiales. tunc ille, cuius eſt domus vel exaltatio, recipit alium, quaſi in ſuo hoſpitio, & hæc receptio eſt perfecta, & optima: & vbicunq; eſt talis receptio neceſſariũ eſt, vt fiat res vel ſignificatio ſequentium ad bonum: & ſi aliunde deberet eſſe malum, diminuit malum, ſicut accidit in figura cæli facta ſuper principio ægritudinis cuiuſdam notabilis mercatoris ciuitatis Vieneñ. in qua dominus domus mortis erat vnà cum domino aſcendentis in aſcendente: videlicet poſt ipſum ad tertium gradum: ita quòd aſcendens erat do-

mu

mus Domini aſcendentis, quare euaſit ab ægritudine. aliàs enim quia dominus domus octauæ fuit in aſcendente. Et quia ipſe iunctus erat Domino aſcendenti, ſignum fuiſſet mortis. Receptio minor eſt, quæ fit dum vnus eorum, qui ſe aſpiciunt, eſt in aliqua de minoribus dignitatibus eſſentialibus, quæ ſunt triplicitas, terminus, & facies. Septimus modus eſt, quando Planetæ maſculini, ſcilicet Saturnus, Iupiter, & Mars, ſunt Orientales, ſcilicet dum de manè ſurgunt ſupra terrã ante Solem: nam tunc fortiores ſunt, & Planetæ fœminini, ſcilicet, Venus, Mercurius, & Luna quando ſunt Occidentales, ſcilicet, quando occidunt poſt Solem.

Octauus modus eſt, quãdo Planetæ maſculini ſunt ſupra terram de die in ſigno maſculino: & in quadra Cæli maſculina, & de nocte ſub terra in ſigno fœminino, & planetæ fœminini

de

de die ſint ſubtus terram, & in ſigno fœminino, & de nocte ſuper terram.

Nonus eſt, quando planeta eſt, & manet in ſigno fixo. Decimus eſt, quando eſt cum Sole in eodem gradu infra 16. minuta. imò per omnem aſpectum planetarum ad Solem quiuis planeta fortificatur, ſi aſpiciat Solem. non tamen bonificatur per omnem aſpectũ ad Solem: quia per quartum aſpectũ, & oppoſitum ad Solem ipſorum influentia deterioratur: & quando Planetæ ſic fortificati ſunt, cumulant bonum. Et quando Planetæ fortificati ſunt in dignitatibus bonorum Planetarum, minuitur malicia ipſorũ. Verbi gratia, Mars & Saturnus ſi ſint in primis duodecim gradibus Piſcium, qui ſunt termini Iouis diminuitur malitia ipſorũ: & ſic intelligitur de aliis dignitatibus Planetarum bonorum: puta de domo, & exaltatione & ſic de aliis.

Conſi

Conſiderandum circa præſentis capituli declarationem de quibuſdã accidentibus Planetarum : quorũ vnum eſt coniunctio,& eſt,quando duo Planetæ ſunt in eodem gradu eiuſdem ſigni:aſpectus ſunt quatuor, ſcilicet oppoſitus,qui eſt publicæ vel perfectæ inimicitiæ. Quartus occultæ & palliatæ inimicitiæ. Trinus perfectæ amicitiæ.Sextilis mediæ amicitiæ.Aſpectus, qui fuerint retro , fortiores ſunt illis, qui fuerint antè in eodem genere:& durant aſpectus tantùm , quantùm radii.Omnis Planeta vſque in finem orbis ſui luminis extendit radios ſuos. Vnde orbis Solis, habet 15. gradus antè,& 15.gradus retro.Orbis Lunæ habet duodecim gradus antè, & duodecim gradus retro. Orbis Saturni habet nouem antè,& tot retro.Orbis Iouis nouem antè,& tot retro : ſicut Saturnus.Orbis Martis octo antè, & totidem retro.Orbis Veneris,ſex antè &

totidem retro. Mercurii autē orbis habet 5. antè, & totidem retro. Et quando Planeta radios alterius ingreditur, tunc dicitur illi appropinquare seu ipsum accedere. Vnde notandum est, quòd Planeta inferior appropinquat suo superiori, & eidē coniungitur, & applicatur: & nō ecōtra: ideo Saturnus nulli coniungitur: sed omnes alii ipsi.

Et intelligendum est, quòd fortitudo Planetarum quatuor modis principalibus fit, ex quorum mutua habitudine ipsa fortitudo augetur, vel minuitur, videlicet, coniunctione, separatione, aspectu, & accessu.

Separatio est inferioris Planetæ à superiore aspectu, vel coniunctione progressus, seu recessus. Accessus est econtra. Applicatio est propriè infra per coniunctionē, vel aspectū. Et postquàm recedit ab illo gradu, separatur à Planeta superiore. Et Planeta fortior est sub luce, quā quādo est cōbust⁹.

ARGVMENTVM.

Septimum capitulum secundæ Differentiæ, est de detrimento influentiarum 6. Planetarum in generali: & de Luna in speciali. latius quantùm ad vtranque influentiam, & circa hæc ponuntur tabulæ ad propositum facientes.

Planetæ infortunantur modis multis. Primo 5. Planetæ præter Solem, & Lunam patiuntur retrogradationem: & veniendo ad retrogradationem efficiuntur debiles, & veniendo ad stationem primam vsque ad medium retrogradationis sunt peioris influentiæ, quàm à medio retrogradationis vsque ad stationem secundam.

Item Planetæ boni infortunantur per coniunctionem, vel oppositionem malorum, videlicet Saturni, & Martis.

Item in quarto aspectu eorundem infortunantur.

Item infortunantur boni Planetæ in Terminis malorũ, & in fine signo-

rum, qui ſemper ſunt Termini malorum. Similiter in domibus malorum, & in dignitatibus malorum quibuſcunque. Item infortunantur boni Planetæ inter duos malos, & dicuntur obſeſsi, hoc eſt, quando bonus Planeta ſeparatur à malo, & coniungitur alter malo. Item quando mali ſunt eleuati ſuper bonos in ecentrico, vel epiciclo, vel in ſeptentrione. & multò deterius eſt, ſi illi mali non recipiant bonos.

Item infortunantur planetæ in combuſtione Solis, & in oppoſito Solis, & in quadrato Solis, & in capite ſui Draconis, & cauda & in capite & cauda Draconis Lunæ. Luna ſpecialiter infortunatur in capite ſui Draconis, vel in cauda, antè, vel pòſt. infra duodecim gradus. Sol infra quatuor gradus ipſius capitis & caudæ Draconis Lunæ. Venus, & Mercurius infra tres gradus. Alii planetæ in eodem gradu.

Item planeta impeditur cùm fuerit

cadens ab angulo, vel in via combusta, quæ est à 13. gradu Libræ, vsque ad 9. Scorpionis inclusiuè.

Item Planeta impeditur, quãdo est tardus in suo cursu: Verbi gratia, de Luna. Luna mouetur medio motu in die naturali per 13. grad. & decem minuta cum quibusdam secundis: si Luna non moueatur, nisi 13. grad. vel 12. in die naturali, tunc dicitur tarda in suo motu & debilitatur eius influentia. ita dicitur de omnibus Planetis, si medius motus eorum in die naturali sit maior vero motu.

Item Planetæ masculini debilitantur in signis fœmininis, & in quadris fœmininis, & econtra Planetæ fœminini debilitantur in signis masculinis & in quadris masculinis.

Item Planetæ diurni debilitantur, si in die sint sub terra, & in nocte supra terram. & nocturni econuerso.

Item omnis Planeta debilitatur in

oppositione suæ domus, vel aliarum suarum dignitatum.

Item Planetæ infortunantur descen den. ad meridiem.

Item omnis Planeta infortunatur, quando coniungitur retrogrado, vel combusto, vel qui est in casu suo, vel in cadenti ab angulo.

Item vt sint tres superiores Occidentales à Sole, & tres inferiores Orientales impediuntur.

Item vt sint in gradibus malis, vel non conuenientibus. Vt Planeta masculus in gradu fœminino, & econtra, & isti debilitationum modi seu infortuniorum: possent poni ordinariè, quia primus est fortior in infortunio omnibus aliis sequentibus: & sic de singulis.

Item nota, quòd planeta retrogradus in domo fortunæ, vel in Terminis fortunæ, vel in alia dignitate, est minus malus & minus lædit: quàm in

domo

domo mali, seu in alia dignitate mali, & ista sufficiant de impedimentis Planetarum in generali.

Quia verò Luna media est inter istum mundum inferiorem, & Planetas superiores, atque stellas: ideo magis nobis apparẽt effectus eius: & ideo de impedimẽtis Lunæ quo ad influentiam supra res istas inferiores specialiter est loquendum. Vnde decem sunt cõmunes modi infortunii Lunæ quos antiqui sapientes enumerauerunt.

Primus est, ne sit combusta ante Solem per 12. gradus, & post ipsum similiter: sed leuius est post ipsum. Secundus est, ne sit in gradu descen. suæ.

Tertius, ne sit in oppositione Solis.

Quartus, ne sit iuncta malis, aut in latitudine quarti aspectus eorum, vel oppositionis. Quintus est, ne sit cum capite, vel cauda, vel infra 12. gradus, qui est Terminus eclipsis. Sextus, ne sit in vltimis gradibus, signi qui sunt

Termini malorum. Septimus, ne ſit cadens ab angulis, aut in via combuſta, quæ eſt Libræ finis, & initiū Scorpionis: & hoc eſt deterius, quod ſit ex impedimentis Lunæ: & maximè ſi fuerit inceptio de coniugio, vel de medicinis. Octauus, ne ſit in 12. ſigno à domo ſua, id eſt, in Geminis cum malo: vel fuerit in oppoſitione domus ſuæ, vel non aſpiciens eam. Nonus, ne ſit Luna curſu tardior: & hoc eſt, quam vocauerunt ſapientes ſimilitudinem curſus Saturni, quouſque curſus eius ſit in die maior trigeſimo gradu: & ſi eſſet minus vnum minutum, hoc eſt, ſi fuerit curſus eius in die minus medio curſu eius, eſſet curſu tardior, vt ſcribitur in libro curſuum. Decimus eſt, quem dixerunt Meſſehalac, & ſapientes temporis noſtri, hoc eſt, cùm fuerit Luna vacua curſu.

Et præter iſtos decem modos ſunt alii modi, in quibus Luna dicitur eſſe infor

infortunata præcipuè, & principaliter inter omnes alios modos, quando patitur eclipsim. Iste modus est peior omnibus aliis, & est modus iste primus ante decem modos tactos ab antiquis.

Itē secundo impeditur Luna, quando est in parte Cæli, quæ non aspicit domum suam, scilicet Cācrum. Tertio infortunatur Luna, quando est in tali parte Cæli, quæ pars non aspicit locum suæ coniunctionis, in qua fuit renouata à sua antiquitate cum Sole.

Quarto quando Luna est obsessa inter duos malos, videlicet inter Saturnum, & Martem: & recedit ab vno, & coniungitur alteri malo. Quinto quando Luna est in domo mala Cæli, vel in malo signo: quia sicut signum turbat domum, ita domus turbat signum, & signum Planetam. Sexto Luna in ascendente mala est, & in octaua domo, & in sexta, & in duodeci-

ma,& in gradibus fumosis,tenebrosis, vacuis,& azemena. Septimo, quando Luna est in Capricorno: quia est tunc in opposito domus suæ,& in domo inimici sui, scilicet Saturni, Octauo, quando Luna est in suo cremento cum Marte,vel in decremento cum Saturno,& hoc in ægritudinibus. & causa est,quia crementum Lunæ iuuat ad calorem, & Mars similiter. Ideo si sit infirmitas calida istis duobus influentibus similiter calorem,infirmitas est periculosa. Ita dicitur de Saturno in decremento Lunæ: quia Luna tunc est influentiæ frigidæ, & similiter Saturnus est frigidæ influentiæ, & non est ibi temperamentum in influentia superiori: ideo æger semper est in periculo moriendi.

Nono, si Luna separetur à domino domus octauæ, qui est dominus domus mortis, & iũgatur domino ascendentis, qui est dominus vitæ: transfert

naturam & lumẽ domini domus mortis ad dominum aſcenden.,id eſt,transfert naturam mortis ad dominum vitæ,& illud eſt vnum ſignum mortis,& poteſt modus ille ampliorari, ſi Luna ſeparetur ab aliquo malo,& iungatur domino vitæ, transferendo lumen Planetæ mali ad dominum vitæ. & deterius eſt de ſeparatione Lunæ à domino octauæ, niſi eſſet mutua receptio inter eos: quia receptio alleuiat malum.

Et circa hoc latius declarando ponenda eſt duplex tabula de 28. manſionibus Lunæ. Pro declaratione harum tabularum 28. manſionum Lunæ,breuiter eſt notandum,quòd quãdo Luna eſt in mala manſione, & in mala facie Planetarum, effectus inchoatus ſub eiſdem malè proſperabitur.

Item notandum eſt, pro practica Medicinæ, quòd ſi Medicus velit induce

ducere in corpore humano humidita tem, debet attendere, quòd Luna ſit in māſione humida: ſi patiens habeat tēpus expectandi influentiam cæli competentem.

Item in practica componendi Medicinas: Medicinæ, quæ faciunt ad humiditatem, debent componi tali conſtellatione dominante in Cælo.

Item notandum eſt, quòd per eandem viam, qui vult inducere ſiccitatem in corpore humano, vel componere Medicinas, quæ faciunt ad ſiccitatem, debet eligere, quòd Luna ſit in manſione ſicca.

Præterea notandum eſt circa præſentes tabulas, quòd corpora ſana debent regi, & regulari, atque Medicinæ conficiendæ pro obſeruatione talium corporum debent fieri Luna exiſtente in manſionibus tenentibus medium, id eſt, non habentibus influen-

tiam

tiam ſiccitatis, vel humiditatis, & eſt notandum quòd de iſtis 28. manſionibus 4. ſunt quàmplurimùm malæ influentiæ generaliter ad omnia: & maximè in factis Medicinæ, ſcilicet 3. manſiones, 16. 18. & 26. manſiones.

*

SEQVVNTVR

TABVLAE.



Tabula 28. mansionum Lunæ, ad octauam Sphæram.

	A	gr	m̃	2		ad	gr	m̃	2		Nomina	Quali
1	A	0	0	0	Arietis	ad	12	51	26	Arietis	Alnach	Têmp
2	A	12	51	26	Arietis	ad	25	42	51	Arietis	Albocham	Sicca.
2	A	25	42	51	Arietis	ad	8	34	17	Tauri	Achoamazonne	Hum.
4	A	8	34	17	Tauri	ad	21	25	43	Tauri	Aldebaran	Temp.
5	A	21	25	43	Tauri	ad	4	17	9	Gemi.	Albachaya alm.	Sicca.
6	A	4	17	9	Gemi.	ad	17	8	34	Gemi.	Alhâtiavel alch.	Temp.
7	A	17	8	34	Gemi.	ad	0	0	0	Cancri	Aldumach	Humi.
8	A	0	0	0	Cancri	ad	12	51	26	Cancri	Alnaza	Temp.
9	A	12	51	25	Cancri	ad	25	42	51	Cancri	Archaam	Sicca
10	A	25	42	51	Cancri	ad	8	34	17	Leonis	Algebh	Humi.
11	A	8	34	17	Leonis	ad	21	25	43	Leonis	Ardaf	Temp.

12	A	21	25	43	Leonis	ad	4	17	9	Virgi.	Alzarfa	Humi.
13	A	4	17	6	Virgi.	ad	17	8	34	Virgi.	Alune	Tempe.
14	A	7	8	34	Virgi.	ad	0	0	0	Libræ	Achurch. vel acleymech	Temp.
15	A	0	0	0	Libræ	ad	12	51	26	Libræ	Agrafa	Humi.
16	A	12	51	26	Libræ	ad	25	42	51	Libræ	Azubene	Sicca
17	A	25	42	51	Libræ	ad	8	34	17	Scorp.	Alichel	Humi.
18	A	8	34	17	Scorpi.	ad	21	25	43	Scorp.	Alchas	Pluuia.
19	A	21	25	43	Scorpi.	ad	4	19	9	Sagitt.	Hycula vel axala	Pluuia.
20	A	4	17	9	Sagitt.	ad	17	8	34	Sagitt.	Alymaim, vel arnaire	Humi.
21	A	17	8	34	Sagitt.	ad	0	0	0	Capri.	Albeda	Temp.
22	A	0	0	0	Capri.	ad	12	15	26	Capri.	Zodeboluch vel zãdeid	Humi.
23	A	12	51	26	Capri.	ad	25	42	51	Capri.	Zobrach	Temp.
24	A	25	42	5	Capri.	ad	8	34	17	Aqua.	Chadezoad	Temp.
25	A	8	34	17	Aquar.	ad	21	25	43	Aqua.	Zadalabra	Sicca
26	A	21	25	43	Aquar.	ad	4	17	9	Pisciũ	Fragal mocaden	Sicca
27	A	4	17	9	Pisciũ	ad	12	8	34	Pisciũ	Alfalgalmoad	Sicca
28	A	17	8	34	Pisciũ	ad	0	0	0	Ariet.	Alchue	Temp.

Tabula 28. mansionum Lunæ, ad nonam Sphæram.

		gra.	m̃		ad	gr	m̃		Nomina	Qualitates.
1	A	10	20	Arietis	ad	23	11	Arietis	Cornua ariet.	Medium.
2	A	23	11	Arietis	ad	6	3	Tauri	Vẽter arietis.	Sicca.
3	A	6	3	Tauri	ad	18	54	Tauri	Caput tauri	Humida.
4	A	18	54	Tauri	ad	1	45	Gemin.	Oculus tauri	Medium.
5	A	1	46	Gemin.	ad	14	37	Gemin.	Caput Canis	Sicca.
6	A	14	37	Gemin.	ad	27	29	Gemin.	Sydus paruũ	Medium.
7	A	27	29	Gemin.	ad	10	20	Cancri	Brachiũ Leo.	Humida.
8	A	10	20	Cancri	ad	23	11	Cancri	Nebulosa	Medium.
9	A	23	11	Cancri	ad	6	3	Leonis	Oculus Leon.	Sicca.
10	A	6	3	Leonis	ad	18	54	Leonis	Frons	Humida.
11	A	18	54	Leonis	ad	1	46	Virginis	Capillus	Medium.

12	A	1	46	Virginis	ad	14	37	Virginis	Cauda Leo.	Humida.
13	A	14	37	Virginis	ad	27	29	Virginis	Canis	Medium.
14	A	27	29	Virginis	ad	10	20	Libræ	Spica volans	Medium.
15	A	10	20	Libræ	ad	23	11	Libræ	Cooptũ vol.	Humida.
16	A	23	11	Libræ	ad	6	3	Scorpio.	Corn. Scor.	Sicca.
17	A	6	3	Scorpio.	ad	18	54	Scorpio.	Coro. Scor.	Humida.
18	A	18	54	Scorpio.	ad	15	46	Sagittar.	Cor Scorpii	Pluuialis.
19	A	1	46	Sagittar.	ad	14	37	Sagittar.	Cauda Scor.	Pluuialis.
20	A	14	37	Sagittar.	ad	27	29	Sagittar.	Turbis	Humida.
21	A	27	29	Sagittar.	ad	10	20	Capric.	Deſertum	Medium.
22	A	10	20	Capric.	ad	23	11	Capric.	Paſtor	Humida,
23	A	23	11	Capric.	ad	6	3	Aquarii	Glutiens	Medium.
24	A	6	3	Aquarii	ad	18	54	Aquarii	Sydus fortu.	Medium.
25	A	18	54	Aquarii	ad	1	46	Piſcium	Papilio	Sicca.
26	A	1	46	Piſcium	ad	14	37	Piſcium	Hauriens I	Sicca.
27	A	14	37	Piſcium	ad	27	29	Piſcium	Hauriẽs II.	Sicca.
28	A	27	29	Piſcium.	ad	10	20	Arietis	Piſces.	Medium.

ARGVMENTVM.

Tertia Differentia est de inquisitione à qua radice proueniat epidimia, & mors in hominibus, & plus vno tempore, quàm alio: & de modis cognoscendi & prognosticandi cursu naturæ, & influentia Cæli mortem, vel vitã ægro.

Primum autem huius tertiæ Differentiæ capitulum est de distinctione, & cognitione radicum epidimialium. Et radix quo ad propositum, potest aßignari quadruplex, duplex superior, & duplex inferior. Prima radix superior est voluntas diuina iustè puniens homines. Secunda radix superior, est corpus Cæleste influens læthaliter. Tertia radix, quæ est prima inferior, est fœtor inficiens organum per aërem corruptum circundando nos totaliter. Quarta radix, quæ est secunda inferior, est indebitus modus viuẽdi per excessum cibi & potus & aliarum superfluarum occupationum carnalium, & nimiæ tristitiæ, & sollicitudinis. & de istis quatuor radicibus aliquid scribetur ad propositum Deo dante.

CAPIT. I.



Irca materiam primi capituli huius tertiæ Differentiæ, est videndum de radicibus epidi

epidimialibus, & fuit dictum, quòd radix potest esse quadruplex, duplex inferior, & duplex superior, vt dictũ est superius in positione fundationis istius tertiæ Differẽtiæ: sed antequàm procedatur ad eius specialem inquisitionem, videndum de quadam prognosticatione in generali, & instinctu naturali, quæ reperitur hîc inferius in multis viuentibus, ad clarius elucidandum materiam inquisitionis causarũ epidimialium, pro qua notitia habenda inchoatus est præsens tractat⁹ iste. Et circa multiplices vias, quibus à largo donatore tribuitur futurorũ euentuum notitia. & quædam elegans dispositio naturæ receptionis somniorum ab influentia Cæli causata hora & puncto natiuitatis hominum aliquorum, qui quandiu viuerent supra terram, eorum somnia vera erunt: vtputa si Saturnus sit in nona domo Cæli, fortunatus in suis dignitatibus, non

retrogradus, neque combuſtus, nec in caſu ſuo, & maximè fortificabitur diſpoſitio nati, ſi Mercurius aſpiciat eũ beneuolo aſpectu, & receptus ſit à Saturno: & ſi reſpiciens diſpoſitionem influentiæ ſit ſuis temporibus ſcientificus, & prudens, & dominus ſuarum cupiditatũ, apparebit talis, quaſi propheta inter homines. Rurſus in ſomniis ſecluſa cæli influentia imprimuntur à Deo, vel ab Angelo mandato Dei in ſola vi animæ, & in parte intellectiua ſpecies rerum oſtendentium quàmplurima futura contingentia in viſione noctis, vt dicit textus ſacræ ſcripturæ de Daniele, & de multis aliis Prophetis: & hæc via ſecunda, per quã quibuſdam conceditur futurorum notitia eſt longè ſecurior, & excellentior prima. Si reducamus ad memoriam vias naturales & licitas prognoſticandi futura, quæ olim fuerunt conceſſæ aliquibus eleuatis hominibus in vigi-

lia,

lia, siue somniis naturali instinctu: forte quibusdam videbitur mirandum. Veruntamen si illud brutis datum est, vt ouis lupum quem nunquam alias vidit, cognoscit inimicum: quantò plus homo intellectualis brutale animal debet instinctu naturæ excellere, & inimica, atque nociua præcognoscere, fugere, & vitare. Quod si obiiciatur ratione experientiæ, quæ rerum est magistra, quamplurima animalia excedunt gradualiter in potentiis sensitiuis potentiam sensitiuam regulati hominis, vt Aquila limpidius & clarius videt omni homine, & canis in olfactu excedit hominē: & sic de multis alijs animalibus, tā in auditu, quam in alijs sensibus excedūt hominis operationem via iam dicta: mirum non esse debet de sensibus, si aliqua animalia gradualiter excedunt in his hominem: sed mirum esse debet, si in sola vi animæ animal brutum excedat homi-

nem vt instinctu naturæ & in prognosticando futura periculosa sibi imminẽtia. Et in mari quàmplurimũ pisces præsentiunt tempestatem futuram, & de proximo nondum apparentem in Aëre: & fugiunt ad inferiores partes maris se tuẽdo in stagnis, & aquis dulcibus. Pisces dicti Lucij præsentiunt tẽpestatem, antequam veniat, & fugiunt ad partem inferiorem aquæ in roborando se in vno cuneo capitibus submissis inferius versus partem terræ, & caudis eleuatis superius exponẽdo totum corpus pro custodia capitis sagacitate naturæ eis cõcessa à creatore omnia manutenente, & conseruante: & si tanta industria reperiatur in nõ habentibus animam rationalem: quantò maior debet reperiri in homine rationali, & de facto reperitur: & adhuc fuit reperta secũdum magis & minus in viris eleuatis, & segregatis à mũdanis cupiditatibus, quæ cupiditates, quàmplu

plurimum impediunt naturam à præcognitione, & iudicio futurorum.

Et eſt notãdum quòd per materiam habemus notitiam de re dubiam. per formam verò certam. Forma ergo in conſideratione rerum eſt attendenda, vt prognoſticatio, & præſcientia poſſit haberi. diſcurre ſingulas artes, & practicas ſcientiarum per conſiderationem intellectualem, & in omni practica reperies ſolertiam, & ſubtile ingenium prouenĩedi ad cognitionem. Vide artem medicorum, qui ſuas obſeruant prognoſticationes de corpore humano iudicando de rebus non viſis, & latentibus in interioribus partibus corporum iudicant per ſigna exteriora: per vrinam: per pulſum: per ſudorem, & per faciem: & per quàmplurimas vias, ac experientias, & nõ æqualiter: quia alter altero videt clarius, & deſcendit ad iudicium particulare limpidius, & ſecurius, & citius ſecundum

ſcientiam,& ſubtilitatē practicæ operantis. vide,& conſidera Artes liberales,& artiſtas in ſua practica, qui habent induſtriam proueniendi per media ad concluſiones intentas:& ſi vnus artiſta oſtendit & demonſtrat, ac declarat limpidius, quàm alter cōcluſiones per media demonſtratiua: quia alter clarius intelligit altero: nec dici meretur artiſta, qui ſemper libris inuentis vtitur,& doctrina aliorum, nihil de ſuo addendo ad minus formam loquendi verborū. Intuere artes mechanicas,& conſidera per actum intellectus ſubtilitates & ingenia, quæ de die in diem reperiūtur per operarios ad alleuiandū labores & opera:& perpendes nullum eſſe ſubtilem in ſua arte ſine noua inuētione. Quid loquar de laborantibus toto conamine ſuper facto ſciendi ſecreta naturæ, paucis datur actus talia ſciendi:& aliqui acquirunt quàmplurima clarè,& eſt eis, vt

lum

lumen Solis & ſine magno labore ex quadam ſubtilitate naturæ. iuxta ſententiam Ptolemæi in centiloquio verbo tertio. Ille qui facit opus ex natura, inueniet in ſua natiuitate planetam fortem ex natura illius operis: ita in prognoſticando futura modo naturali, ſiue ſcientifico acquiſito. eorum autem, qui futura prognoſticant, alii ex ſola vi animæ quodam inſtinctu naturæ, & ratione propria talis particularis indiuidui, talis poteſt eſſe capax præſcientiæ epidimiæ de proximo futuræ, ſeu alterius peſtis, vel incommodi & prædicere poteſt talia futura, & quàmplurima remedia, & de talibus multa exempla habemus in ſcriptis antiquorum, cuius rei experientia fuit ſequens magiſtra veritatis. alii prognoſticant futura occulta, & futura ſignis. alii ſola interrogatione. alii aliis mediis multis. hæc autē omnia operatur ſupereminenter, & immediatius, vnus

atque idem ſpiritus quacunque cauſa ſecunda diuidens ſingulis prout vult. aliis dat notitiam futurorũ per ſcientiam motus planetarum, & ſtellarum & per aſpectus, & coniunctiones inter corpora cæleſtia, aliis dat præcognoſcere, futura per circulos, & colores, qui apparent multis, & quibuſdã temporibus in aëre circa corpus Solis, & Lunæ, & aliorum ſyderum, & per cometas, & radios, & figuras in aëre, quandoque apparẽtes & per multiplicationem pluuiarum tempore hyemali, & ſignis multis aliis, ex quibus ſequitur doctrina. Rurſus inter homines eſt præcognitio epidimiæ peſtis, vel mortalitatis per multas ſpecies auium in aëre habitantium: vt coruus ſecundum dicta Poëtarum, & locutionem popularium præſentit futuram mortalitatem in ſuo cantu ſeu garritu plus ſolito garriendo ſuper terras, & villas in quibus aër eſt iam infectus,
vel

vel de proximo inficiendus. Aues passeres fugiunt naturaliter aërem corruptum, ex qua fuga homines sapientes prouident sibi de remediis iuxta posse. Vultures quodam instinctu naturæ præsentiunt bella futura hominum de transmarinis partibus transferendo ad istas partes, vel econtra: & quàmplurimæ aliæ aues, & alia animalia præsentiunt incómoda futura hominú: & in hoc, & in multis aliis subseruiunt homini suo modo, quæ omnia sunt facta propter hominem, & ad hominem habent ordinem, & homo ad Deum laudandum à quo est præcognitio futurorum, & omne bonum: & si dat homini præcognitioné epidimiæ antequàm veniat scire per causas naturales, & propter quid, vt potest præuidere prudens Astrologus ex sua arte maius donum habet, quàm Medicus, qui cognoscit, quia est, & quando est epidimia, & nó præcogno-

scit

ſcit antea, vt poteſt cognoſcere expertus Aſtrologus: & in quibus villis, & regionibus principaliter cadet epidimia per figuras Cæli, & Planetas ſignificatores gentium, atque locorum, & patriarum: & iſta de præcognitione in generali circa notitiam futurorum euentuum contingenter ex influentia Cæli dependentium pro quadam perſuaſione, ſeu fundamento declarationis capituli epidimiæ breuitatis cauſa ſufficiant de præſenti.

De prima radice ſuperiore.

AD clarius intelligendum præcognitionem quàmplurimorum effectuum in natura futurorum, ſciendũ eſt, quòd prima radix ſuperior eſt diuina voluntas iuſtè puniens homines: de qua radice loquitur ſacra ſcriptura in multis locis, & maximè in textu Moyſi, & ad propoſitum Deutero. 28. cap. cuius textus talis eſt. Si audieris vocẽ Domini Dei tui, & facias atq; cuſto-

dias

dias omnia mandata eius, quæ præcipio tibi hodie, faciet te dominus Deus tuus excellentiorem cunctis gentibus, qui versantur in terra. Venientq; super te vniuersæ benedictiones istæ & apprehendēt te: si tamē præcepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate: & benedictus in agro. Dat igitur benedictiones Deus quàmplurimas populo obseruanti mandata eius, vt patet in textu Moysi, & ipse Dominus per Moysen famulum suum dat maledictiones populo rebelli: vt patet in eodem cap. ad propositum, cuius textus Bibliæ ibidem talis est. Quòd si audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt custodias, & non facias omnia mandata eius, & cerimonias, quæ ego præcipio tibi, venient super te maledictiones istæ, & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus

fruct

fructus ventris tui : & fructus terræ tuæ:armenta boum tuorum,& greges ouium tuarum. Maledictus eris ingrediens,& maledictus egrediens. Et subdit. Adiungat tibi Dominus pestilentiam donec consumat te de terra, ad quam egredieris possidendam. Percutiat te Dominus egestate,febre,& frigore,ardore & æstu,& corrupto aẽre, & rubigine, & persequatur donec pereas, sit Cælum quod supra te est æneum, & tetra quam calcas ferrea. Et subdit. Percutiat te Dominus vlcere Aegypti,& partem corporis, per quã stercora egeruntur, scabie quoque & prurigine, ita vt curari nequeas. Percutiat te Deus amentia,& cæcitate, ac furore mentis:& palpes in meridie,sicut palpare solet cæcus in tenebris: & non dirigas vias tuas: omni tempore calumnias sustineas,& opprimaris violentia,nec habeas, qui liberet te. Vxorem accipies, & alius dormiet cum ea.

Domum

Domum ædifices, & nõ habites in ea. Plantes vineam, & non vindemies eã. Et ſubdit. Percutiet te Dominus vlcere peſsimo in genibus, & in ſuris, ſanariq́; non poſsis à planta pedis, vſque ad verticem tuum. Et ſubdit. Inſuper & vniuerſos languores, & plagas, quæ non ſunt ſcriptæ in volumine legis huius, inducet Dominus ſuper te, donec te conterat: & remanebitis pauci numero, qui prius eratis, ſicut aſtra Cæli præ multitudine, quoniam non audiſti vocem Domini Dei tui. Et ſicut ante lætatus eſt Dominus Deus ſuper vos bene vobis faciens, voſq́; multiplicans: ſic lætabitur diſperdens vos, atque ſubuertens, vt auferamini de terra ad quam ingrediemini poſsidendam. Quàmplurimas alias maledictiones Dominus populo rebelli præceptis eius promittit, quemadmodum exprimitur in eodẽ textu Bibliæ. Sed hîc extractæ ſunt hæ, quæ magis propoſi

poſito videtur ſubſeruire, alias autem maledictiones infirmitatum talis textus Moyſi, vbi Deus comminatur plagam lepræ nolentibus adire ſacerdotes. Quis eſt, qui ægritudinibus à Deo illatis poſsit reſiſtere, eaſq; curare, niſi humili deuotione Deum omniũ creatorem ſuppliciter exorans? Illic enim ſopitum eſt omne medicinæ refugiũ. vnde cùm Maria ſoror Moyſi murmuraſſet contra Moyſen fratrẽ ſuum more multorum: indignatus dominus fecit vocari Moyſen, & Aarõ fratrem ſuum, qui quodãmodo erat particeps in murmuratione, & Mariam & fuit eis locutus in oſtio tabernaculi, & puniuit Mariam faciẽdo eam leproſam, & ſubitò apparuit candor vultus eius, vt nix ex plaga lepræ. Et vidẽs Aaron ſororem eorum, ſupplicauit Moyſi quatinus peteret à Deo, & ſupplicaret pro ſanatione Mariæ, quod & fecit Moyſes, & ſtetit Maria ſeptem diebus

ſepa

ſeparata, leproſa & extra caſtra. octaua verò die fuit reducta ad ſanitatē per orationē & interceſsionē Moyſi. vt habetur Numeri. 12. c. in talibus plagis, & peſtilentijs miſsis à Deo non eſt ad remediandum, niſi humilis, & deuota oratio.

De ſecunda radice ſuperiore.

VISO de prima radice ſuperiori, à qua omnia dependent, vidēdum eſt de radice ſuperiori ſecunda, videlicet de corpore cæli vnde cæleſtia corpora ſæpe influũt lethaliter, & poteſtatem illam, quam habent planetæ, & corpora ſuperiora influendo hîc inferius ſiue ad bonum ſiue ad malum totũ habent à Deo: & inter corpora cætera cæleſtia ſunt duo planetæ, qui dicũtur maleuoli: vt puta Saturnus, & Mars, qui ſæpe inducunt ex eorum influentijs peſtilentias: primus ex frigore. ſecundus ex calore: ex frigore Saturnus rheuma: lepram quæ dicitur elephantia, &

omnia, quæ ex frigore superfluo contingunt. Mars inducit febres pestilentiales, sputum sanguinis apam sub diaphragmate, & pleuresim, quæ est ægritudo apostemosa generata in pleura pāniculo denso ex materia subtili cholerica. Prudens Physicus Astrologus inter cætera debet considerare introitum Solis in Arietem ad tempus, quo verius poterit habere, & æquare domos, & planetas. Et ista influentia est præstantior omnibus influentiis anni demptis coniunctionibus superioribus planetarum, & si esset aliqua magna eclipsis: & iste introitus Solis in Arietem vincit omnes introitus Solis in cælestes imagines totius anni. debet igitur considerare, quo modo se habet dominus sextæ domus, qui est dominus infirmitatum, an videlicet sit impeditus: & si sit impeditus, erunt infirmitates plurimæ iuxta naturam suam, & suæ domus, scilicet sextæ. Et

istæ

iſtæ infirmitates erunt ſecundum com binationẽ naturæ ſuæ, & ſuæ domus: Verbi gratia, Detur quòd Saturnus eſſet dominus ſextæ domus,& aliquod ſignum terreum faceret ſextam domũ ægritudines eiuſdem anni,vt plurimæ eſſent frigidæ & ſiccæ. Vltra hoc conſiderãdum eſt, quòd ſi dominus ſextæ domus habeat aſpectum cum domino domus mortis, vel dominus domus mortis ad eum terminabuntur,vt plurimum tales ægritudines, ſcilicet frigidæ, & ſiccæ ad mortem. Et ſicut dictum eſt de introitu Solis in Arietem, ita dicendum eſt de coniunctionibus Solis,& Lunæ totius anni, quod videlicet ipſas prudens Phyſicus,& Aſtrologus eodem modo prouideat, & ſecundum naturam Planetæ exiſtentis in ſexta domo, ſi quis ſit,vel ſecundum aſpectum ad iſtos duos, ille effectus poterit aliqualiter alterari: licet non omnino apocopari. Debes etiam conſi-

derare, si iste introitus Solis in Arietẽ, vel aliqua de coniunctionibus luminarium sit in octaua domo, tunc deterius est. Et nota, quòd si eclipsis Solis, & Lunæ sit in aliquo angulorum natiuitatis alicuius, vel in aliquo angulorum reuolutionis natiuitatis: tunc natus pati habebit secundum exigentiam anguli: vt si fiat eclipsis in medio Cæli patietur in honore, & fama: si in ascendente in corpore, & sic de aliis. Peius tamen si fiat in ascendẽte, & inter istas eclipses peius cecidit eclipsis Solis. Et nota, quòd effectus eclipsis Lunæ euacuatur per decursum mensium & ad longius durat vno anno. Eclipses autem Solis euacuantur per decursus annorum: & prolixius durant effectus eius duodecim annis. Videatur hoc verbum 24. centiloquii Ptolemæi. Si petatur, cur certo anno mortalitas venit super vnum locum, & nõ super alium vicinum ei. Respondetur

tur, quòd ideo, quia vnuſquiſque locus habet ſignum proprium, & Planetam proprium: & eſt illud ſignum alicuius loci, quod erat aſcendens tempore ædificationis illius loci: & ille Planeta eſt illius loci, qui Planeta tunc temporis fuerit fortior in figura Cæli, vel qui fuit dominus aſcendentium: quia ſi illud ſignum conſtituat ſignum octauum, vel ſi Planeta loci ſit in illa figura dominus octauæ domus, vel ipſæ ſit in octaua domo tunc erit ſuper illo loco mortalitas illa: cuius illud ſignum & ille Planeta ſunt ſignum, vel Planeta ſecundum infortunium ipſorum. Vnde ſignum Viennen. ciuitatis eſt Libra, & Planeta eius eſt Saturnus: ſicut Leo eſt ſignum ciuitatis Romæ, & Sol dominus eius. Venus eſt Planeta ciuitatis Lugdunẽſis. Si petatur quomodo ſcietur hoc, videlicet, quòd tale ſignum, & talis Planeta ſunt talis, vel talis loci. Dicendũ,

quôd ſi non ſciatur initium fundatiõnis eius, vtputa poſitionis primi lapidis, non ſcietur, niſi à poſteriori per effectus, quòd ſi Aſtrologus videat, quòd ſub tali ſigno, vel influentia talis Planetæ ferè ſemper aliquod euidens illi loco contingat: quod eſt de natura talis ſigni, vel talis Planetæ ſignum eſt euidẽs propoſiti. Cæteri enim Aſtrologi capiũt iudicium anni per introitum Solis in Arietem ad punctum introitus Solis in primum minutum Arietis. ſi in figura Cæli, quæ tunc erit, ſint Planetæ mali in domo octaua, quæ eſt domus mortis, dicitur eodem anno peſtis, iuxta conditionem illorũ Planetarum, & ſi Luna in eodem introitu, ſit prope coniunctionem Solis, ſicut poteſt accidere, & aliquando accidit infra duos, vel tres, aut quatuor gradus: tota gens patietur ruinam, & infirmitatem de natura Lunæ influxam, & non expectabuntur duo menſes,

ſes, ſed ſatis citò poſt introitum & con iunctionem Lunæ, vel aliud infortunium Lunæ, & ſecundum quod corpora humana ſunt magis tenera, & capacia citius, & fortius patientur, & infra menſem ab introitu Solis in Arietem, & ab infortunio magno Lunæ. Et ſic de aliis Lunæ infortuniis ſecundum magis & minus huiuſmodi effectus apparebunt.

Rurſus conſiderandæ ſunt magnæ coniunctiones altiorum duorum Planetarum: ſicut verbi gratia, cõiunctio Iouis, & Saturni fuit anno fluente Domini 1425. vltima die Auguſti, vt præmemoratum eſt, & fuit in decimotertio gradu Scorpionis, & fuit mutata coniunctio de triplicitate aërea ad aquatiquã, & fuit in ſignò aquatiquo, iudicandæ ſunt pluuiæ multæ, quas conſequitur corporum humanorum humectatio exceſsiua, quæ eſt cauſa putrefactionum humorum: quam con

ſequitur febris, & ratione exceſſus nimii, cõſequitur pernicioſior febrium ſpecies, quæ eſt peſtilentialis: & maximè, quia in eadem cõiunctione Saturnus fuit eleuatus in Septentrionem ſuper Iouem, qui Saturnus eſt malæ influentiæ, & ſecundum quòd coniunctiones luminarium veniunt in menſibus ſuis habẽdo ſimbolizationem cum Saturno habente autoritatẽ in eadem cõiunctione, ſecundum hoc prouenit maior vel minor influentia mali de natura ipſius Saturni: & iſta, quæ dicuntur hîc, ſunt quædam generalia non deſcendendo ad ſpecialia, vt expedit, quandoque in infirmitatibus, & in iudicio infirmitatum, & medicinarum.

DE TERTIA RADICE, *quæ eſt prima inferior.*

PRIMA radix inferior eſt fœtor inficiens organum per aërem corruptum, vel circundando localiter. Neceſſe nãq; eſt ad vitæ continuationem aſpi

aſpirare,& reſpirare propter vehemẽtem vitalis ſpiritus in corde exiſtẽtem calorẽ, qua aſpiratione: corrupto exiſtente aëre attrahũtur vapores putridi, miſti aëri ad ipſum cor inficientes ſpiritus vitales cordis, & eiſdem miſti tranſmittuntur ſingulis membris totum corpus inficiendo infectione febrili, cùm febris ſit prima paſsio cordis,& cõſequenter aliorum membrorum: & hæc infectio aëris circũdantis nos non procedentis à corpore humano corrupto, aut infecto non eſt adeò vehemens, ſicut ſi procedat ab aliquo corpore humano infecto, & hoc ratione ſimboleitatis naturæ: & hæc etiã eſt cauſa, quare potiùs ab hominibus infectis inficimur, quàm à beſtiis infectis.

DE QVARTA RADICE, *quæ eſt ſecunda inferior.*

SECVNDA radix inferior eſt abuſus rerum non naturalium, ſcilicet ci-

bi,& potus:ſomni,& vigiliæ:motus & quietis:inanitionis,& repletionis:acci dentiū animæ:pariter & coitus.exceſ-ſus nēpe in cibo,& potu ferè omnium nunc temporis communiter occurren tium ægritudinū eſt cauſa. Quicquid namq; cibi,aut potus diminuto calo-ris naturalis dominio,non ſubiicitur penitus in ægritudinis materias con-uertitur. Somni etiam multitudo cor pus nimia humiditate replet: vigilia autem nimia exceſsiuè deſiccat,ſic mo tus comparandus eſt vigiliæ, & quies ſomno:quibus ſuo modo comparatur inanitio,& repletio.inanitio namque nimia plurimùm calefacit eò,quòd ca lor per ipſam ipſi humido humani corporis nimium dominatur,& exic-cat ex eo,quòd humidum ratione ex-ceſsiui caloris multū conſumitur, nec per appoſitionem noui humidi reſtau ratur purè.repletio nimia nimium in-frigidat,& humectat.infrigidat nāq;,

quia

quia calorem noſtri corporis penitus obtũdit & ſuffocat: & humectat: quia ratiõe paucitatis caloris humiditates corporis non cõſumuntur. accidentia quoq; animæ, cuiuſmodi ſunt gaudiũ, timor, ſpes, & deſperatio vltima alteratione humana corpora alterant, & indiſponunt. Ait enim Arnaldus de Villa Noua in ſuis areolis ſimplicium medicinarum his verbis: Quæ medicina eſt plus cõfortans, quàm gaudium: & quæ plus calefaciens, quàm ira: quæ plus infrigidans, quàm triſtitia: quæ plus nutriens, quàm bona ſpes: & quæ plus interficiens, quàm deſperatio?

Deinde coitus plus cunctis rebus immutat corpus ſupercalefaciendo in principio: finaliter nimium infrigidãdo: & cum hoc exceſsiuè corpus exiccat. infrigidat nãq; per ſpirituum reſolutionem, & exiccat per humidi naturalis deperditionẽ. his omnibus obuiare poſſumus incõmodis per admi-

niſtr

nistrationem rerum naturalium contrariarum dispositionum dispositionibus prædictis. vt aëri corrupto remediandum est cum aëre rectificato cum aromatibus, & propriè ad fœditatem inclinantibus. sicut enim caliditas, & humiditas sunt principia corruptionis: sic frigidum, & siccum sunt principia conseruationis: ab eadem fit itaque hæc rectificatio cum camphora, & aspersione aquæ rosatæ mistæ aceto optimi vini, & similium. ignis etiam præcipuè lignorum rorismarini, & iuniperi, & in eorum absentia lignorum pini, aut saltem lignorũ quercuum, mirè huic obuiat indispositioni: & sic de cæteris secundum eorum contraria contemplare.

ARGVMENTVM.

Secundum capitulum tertiæ differentiæ, ostendit quomodo reuolutio natiuitatis, si constaret perito astrologo, potest multa mala impedire nato, quæ sunt poßibilia ei euenire, vel de

fact

facto euenient, quæ mala non ſunt neceſſaria, ſed contingentia curſu naturæ.



IRCA præſens capitulum eſt conſiderãda propoſitio Ptolemæi, quinto ſui centiloquii, cum ſententia commenti. vnde propoſitio talis eſt. Aſtrologus optimus multum malum prohibere poteſt, quòd ſecundum ſtellas venturum eſt, cùm eius naturam præſciuerit: ſic enim præmuniet eum, cui malum futurum eſt, vt poſsit illud pati. Ex hac propoſitione trahitur illud vulgare. Sapiens dominabitur aſtris. Nam vt declaratur ab Haly in commento volente ſententialiter, quòd illud malum Cæleſtis influentiæ, non eſt æquale ſuſcipiẽdum, quia ſi aliquis ſit diſpoſitus à natura ex influẽtia corporum Cæleſtium ad patiendum ægritudinem calidam & ſiccam, ſapiens poterit præuidere illi corpori adminiſtrando illi corpori,

frigi

frigida & humida, quæ diſponent tale corpus ita, quòd aut illud malum penitus annullet, aut ſaltem influentiam illam tolerabilius moderabitur. Et circa iſtam materiam declarãdum eſt, quid ſit reuolutio natiuitatis, & quomodo ab Aſtrologo intelligatur. Vnde in natiuitate cuiuſlibet animati corporis, dum naſcitur, notetur certus, & proprius gradus Cæli, ſub quo gradu Sol tunc incedit, vel peragratur, & tunc eadem hora & parte horæ conſideratur minutum temporis diei naturalis dictæ natiuitatis: qua hora & minuto egreditur infans de ventre matris illud inſtans, & menſura temporis dicitur eſſe hora ſuæ natiuitatis, & propriè conſideratur locus Solis in cælo, vt verbi gratia. Si puer naſcitur Sole exiſtente ſub quarto gradu Leonis & certo minuto eiuſdem gradus, ille locus Solis dicitur ſemp quãdiu viuet, eſſe gradus natiuitatis di-

ctæ.& dum Sol ſequenti anno venit ad
eundem quartum gradum Leonis, &
eiuſdem minuti ſigni Leonis, dicitur
tunc eſſe reuolutio dictæ natiuitatis:
& ſic quolibet anno vitæ completur
ipſius nati vna reuolutio Solis, quæ di
citur reuolutio natiuitatis ſuæ:& tũc
ad illam horam,& numerum horæ, in
qua Sol reuertitur ad illum locum, po
teſt conſiderari aſcendens cæli quoli-
bet anno, ſicut factum fuit pro natiui
tate:& conſideranda ſunt loca plane-
tarum,& alia requiſita ad figuram cæ
li, & per hoc poteſt videri, & debet,
quia conſilia nõ ſunt de præteritis, ſed
de futuris. Nam melius eſt præuenire,
quàm præueniri. Cuius rei exemplum
habetur in libro Guidonis Bonati de
partibus Italiæ, propriè de Forliuio,
qui ſuo tempore magnus fuit aſtro-
logus,& tantus, quòd poſt ipſum non
fertur fuiſſe tantus citra mare, de quo
ſit memoria. Ponit enim in quodam li
bro

bro ſuo, qui notabilis eſt liber inter aſtrologos, quòd tempore cuiuſdam Imperatoris Romanorum, qui vocabatur Henricus, à quo idem Guido habebat omni anno ſtipendia morando in ciuitate Bononien. & non in Alemania, vbi eſt curia imperatoris, qui Imperator habebat multos aſtrologos, tam Phyſicos, quã alios in domo propria, qui laborabant pro Imperatore dando conſilia, & præueniendo periculis futuris intãtum, quòd quodam anno laborauerunt pro calculatione reuolutionis natiuitatis eiuſdẽ Imperatoris, & fecerunt vniformiter illi de domo Imperatoris figuram cœli cõſimilem ſicut vnus fecit, ita alter: & viderunt Martem in eadem figura reuolutionis in angulo terræ, quæ eſt domus quarta cæli ſubtus terram & perpenderunt Martem tunc fore malæ influentiæ: & hoc videbant per aliquos menſes ante horam reuolutionis

nat

natiuitatis,& iudicauerunt in descensu practico imperatorem eodem anno pati debere febres calidas de natura Martis, & in ista opinione conuenerunt omnes Astrologi de domo Imperatoris: Guido verò bonatus existens ibidem habebat figuram natiuitatis Imperatoris,& laborabat pro Imperatore ad iudicium reuolutionis natiuitatis, & fecit figuram per ante reuolutionem natiuitatis Imperatoris: & reperit Martem venturũ ad quartam domum cæli,& tunc eum esse maleuolæ influentiæ: & descendendo ad iudicium practicum,non iudicauit febres calidas ex natura Martis imperatori infligendas, sed venenum ministrandum imperatori ad eum interficiendum: licet ante Imperator miserat eidem Guidoni iudicium cum Cæli figura Astrologorum in curia sua existentium: consuluit igitur Guido per scriptum Imperatòri, si qui habentes,

aut mutua colloquia ſecreta, & hinc-
inde reperti mutuò conuenientes in
curia ſua deprehenderentur, aut ſi qui
coquinam non deputati accederent,
quòd vni certiſsimo & fideliſsimo ſuæ
curiæ id exequendum committeret:
cuius negotii executio, & ſolicitudo
ab Imperatore commiſſa eſt magiſtro
hoſpitii: qui ſolicitus exiſtens in expe-
ditione commiſsi operis reperit duos
milites curiæ imperatoris eſſe illarum
conditionum tactarum. Sæpe enim in
ſecreto mutua habebant vltra ſolitum
colloquia: & cùm eorum non intereſ-
ſet coquinam intrare ſæpius petierũt
introitum in eandem. Vnde ipſos ma-
giſter hoſpitii cepit, & carcerib⁹ man-
cipauit. Vnde horum militum vno Io
hanne Franciſci nominato nequaquã
crimen patrationis nefandæ fateri vo-
lente, pluries tamẽ ſupplicio corporis
torto per induſtriam inuenerunt iu-
ſtitiæ executores, quatinus literã con-
feſsio

fessionalem nomine dicti Iohannis Francisci facerent, quam & fecerunt, & socio eius monstrauerunt: qua visa ille secundus miles retulit hæc verba. Proditor ille primus fuit consentiens in hoc patrocinationis, seu patrationis nefas me semper illi maledicto operi renitente: quibus verbis auditis executores iustitiæ propositũ habuerunt, & ipsos, velut Guido ex Astrorum scientia præcognouit intentionem potionandi Imperatorem, repererunt. Quare ipsi secretæ punitionis sententiam inierunt: & hoc ne Imperatoris curia aliqualis infamiæ notã videretur incurrere. aliter etenim grauiorem iustitiæ sententiam incurrissent. Et quia titulus loquitur de reuolutione natiuitatis, cuius natiuitatis hora, & gradus Cæli ignoratur: ideo ponenda est hîc practica secundũ sententiam Ptolemæi, in quadripartito super hora non certa æstimatam se-

cũdum verisimilem coniecturam esse horam temporis natiuitatis, cuius practicæ duplex est fundamentum. Primum est, quòd super hora incerta æquentur domus Cæli modo præcisiori, quo fieri possibile est, & Planetis positis in suis locis inquirẽdus est Planeta: qui fortior extitit in figura facta super locum coniunctionis, aut oppositionis luminarium præcedẽtis dictam natiuitatem, quo fortiori Planeta inuento debemus considerare locum illius Planetæ in figura natiuitatis æstimatæ quot grad. & quot minut. ipse pertransiuit signi, in quo est eiusdem natiuitatis tempore, tũc habeatur hoc pro fundamento, quòd Planeta, qui fuerit fortior hora coniunctionis, vel oppositionis, ponatur in tali gradu illius signi, in quo fuit natiuitas æstimata in quoto fuit repertus in aliquo signo: Verbi gratia. Fuit coniunctio luminarium præcedens aliquam nati-

uitat

uitatem in quarto gradu Capricorni, Mars ibidem in loco coniunctionis, est ibi fortior, & per consequens dominus. Videndum est vltra, quantùm Mars perābulauit in signo suo, in quo reperitur hora natiuitatis, & detur exempli gratia, quòd Mars perambulauit 6. grad. 52. minut. Leonis. est ergo Mars hora natiuitatis in fine 7. gradu Leonis. habebis hoc pro primo fundamēto, quòd Planeta, qui est fortior cæteris in loco coniunctionis, hora coniunctionis perambulauit, seu inuenitur hora natiuitatis in 7. gradus signi, in quo est dicta hora natiuitatis, non hora coniunctionis, vel præuentionis: sed natiuitatis, & hoc est primum fundamentum. Secundum fundamentum huius inquisitionis, Verbi gratia. Ascendente alicuius natiuitatis, & de facto practicatum est tale: cōsiderari debet figura Cæli facta æstimatione propinquiori modo, quo fie-

ri potuit ad inquirendum aſcenden. natiuitatis,& videri,in qua parte Cæli eſt ille Planeta, qui fuit fortior in loco coniunctionis,& hora coniunctionis,& cui duorum angulorum,ſcilicet aſcenden.& medii Cæli ſit ipſe Planeta propinquior. Vt exempli gratia, ſit ipſe Mars inuentus ſecũdum figuram æſtimatiuam propinquior angulo 10. domus, ergo 7. grad. ſigni æſtimatur principium 10. domus:& ſi ipſe Planeta eſſet inuentus in hora natiuitatis propinquior angulo aſcẽden. formaretur tota figura Cæli ſic,quòd ſeptimus gradus ſigni æſtimatiui eſſet aſcẽden. ita,quòd de 30. grad.alicuiꝰ ſigni, qui omnes ſunt dubitati in principio operationis, aut propter defectum horologiorum, aut indiligentiam illorum, qui debebant aduertere ad punctum horæ natiuitatis reperitur per iſtam viam vnus, & proprius & indubitatus per fortitudinem loci coniunctio

ctionis, vel oppositionis, & per propin quitatem eiusdem Planetæ duorũ angulorum hora natiuitatis. Et ad plenius declarãdum ponitur aliud exemplum. Fuit præsentata de facto quædam natiuitas, quæ natiuitas fuit anno fluente Domini 1381. completis. 26. diebus Februarii 21. hora die mercurii, quæ fuit 27. Februar. hora Iouis, & facta fuit figura coniunctionis Solis, & Lunæ immediatè præcedentis hanc natiuitatem, quæ cõiunctio fuit in Piscibus 15. grad. 16. minut. & ibidem Venus extitit fortior, habendo triplicitatem & exaltationem in loco coniunctionis, & hora natiuitatis prædictæ æstimatæ Venus fuit in 2. gradu 12. minut. Aquarii, scilicet, in 3. grad. Aquarii prope angulum medii Cæli. fuit ergo sic processum viâ artis sequendo viam naturæ, quòd tertius gradus Aquarii fuit repertus initium 10. domus & 22, minut. eiusdem 3. grad. quia Ve-

nus hora natiuitatis fuit inuenta prope angulum medii Cæli: imò in cuspide anguli, & si figura Cæli contineret plenam veritatem 12. minut. grad. Aquarii esset principium 10. domus: sed compositores tabularum non potuerũt ad tãtas deuenire fractiones: ideo sufficit posterioribus artistis. quia de 10. minut. non est vis magna in opere. Et est hìc notandum, quòd aliam practicam ponit Ptolemæus in suo Centiloquio verbo 51. locus Lunæ in ipsa natiuitate est grad. ascenden. de circulo hora casus spermatis, & locus Lunæ hora casus spermatis est grad. ascenden. hora natiuitatis.

Et est notandum, quòd circa hoc triplex est mora puerorum temporis in ventribus matrum, videlicet maior mora, media mora, & minor. Mora maior est 287. dierum. Media mora est 273. dierum. Minor verò mora est 258. dierum cum aliquibus horis & minutis

nutis horarum à casu spermatis, vsque
ad horam natiuitatis, quod tempus di
citur breuius fieri circa octo menses
quo ad natiuitates hominum, & hæc
doctrina Ptolemæi tradita hîc in Cen
tiloquio securior est, quàm alia doctri
na de quadripartito eiusdem Ptolem.
in quærēdo ammodar natiuitatis per
multiplicationem dignitatum essen-
tialium Planetæ fortioris in loco con
iunctionis, vel oppositionis Lunæ im-
mediatè præcedentis, & hæc via ope-
randi est facilior habentibus vera Pla
netarum loca ad magnum tempus, &
expedit Astrologo, & vltra hoc seu vl
tra natiuitates speciei humanæ est via
generalis in cunctis speciebus anima-
lium, siue ad tres mēses, siue ad maius,
siue ad minus. ista est regula generalis
sic certa, quòd non fallit, nisi esset ab-
ortiuum, quòd semper ille locus de cir
culo nonæ Sphæræ, sub quo est Luna
hora casus spermatis, est gradus Cæli

aſcendentis in contactu Orientis hora eiuſdem natiuitatis cuiuſcunq; animalis, qua hora egreditur ab vtero Matris: & ſic reuertendo doctrinaliter ad natiuitates hominum per horã natiuitatis, poteſt ſciri hora generationis, & mora fœtus in vtero matris, & multa alia accidentia circa præſentem materiam. Et circa hanc materiã eſt vlterius ſciendum, quòd ſcita natiuitate alicuius, & habito gradu aſcenden. & aliis domibus ad clima tuum, vel tuum meridianum, multa poteris iudicare in reuolutionibus annorum de acciden. contingen. nato, vt puta, ſi veniret eclipſis Solis, vel Lunæ in gradu aſcenden. nati, vel propè ad duos, vel tres grad. antè, erit in periculo natus, ne infra dimidium annum, vel citius aliquid horrendum eueniat ei in corpore, & fortius, ſi ſit eclipſis Solis in angulo aſcenden. ſcilicet in cuſpide ad tot grad. ſicut dictum eſt: & ſi ſit

poſt

post, non erit adeò perniciosum accedens: est tamen in periculo. dicitur etiam de Marte idem, & de Saturno, sed non tantùm, si in reuolutionibus annorum veniant ad grad. ascendent. vel propè, sicut dictum est, maximè si fuerint infortunati retrogradi, vel combusti: etiã multa alia possunt deduci ad istam materiam de ascenden. nati, & de reuolutionibus annorum, vt si applicuerit finis ascenden. natiuitatis alicuius ad domos malas, imminet super dedecora & malam famam, & plus si in domo illa mala fuerit Planeta malus. & hæ ad propositum sunt domus malæ de angulis 4. & 7. de post angulos 6.8.& 12.& bonæ sunt ascenden.5.10.& 11. & cæteræ sunt neutrales, quòd si in his bonis domibus fuerit bonus Planeta, augebit bonam famam, & honorem, sed si in bonis domibus fuerit malus Planeta, & in malis domibus, bonus erit, res mista.

ARGVMENTVM.

Tertium capitulum huius tertiæ Differentiæ, quia reuolutio natiuitatis, & hora natiuitatis communiter ignoratur: ideo ostendit qualiter prognosticatur super cura infirmorum, per quæstionē, aut per aggressum infirmitatis considerando, & inquirendo tunc influentiam Cæli.

QVia vt dictum est, reuolutio natiuitatis cōmuniter ignoratur, & quandoq; dies, mensis, annus, & hora: & si annus sciatur, non propter hoc aliquando mensis, vel dies, & per consequens hora ignoratur. Ideo Astrologi antiqui venien do ad curam infirmorum habuerunt aliter prognosticare, & prouidere remedio iuxta posse, & hoc per duplicē viam. Et prima via est aggresio infirmitatis, considerando horā & punctum horæ, in qua infirmitas inuasit ægrum, & qui potest habere certitudi naliter principium aggressus infirmitatis, multa potest prædicere de ipsa infir

infirmitate, & de remediis opportunis, & videre, si infirmitas sit curabilis, an non: & aliquando est deceptio ex parte ægri: quia ipse dicit principium suæ ægritudinis in aliqua hora, vt puta in hora post mediam noctẽ, & principium aggressus infirmitatis fuit ad duas, vel tres horas antè quia æger cõsiderat horam in qua incepit vinci à morbo, & per prius fuit aggressus, scilicet quando fuit facta prima motio infirmitatis, & hoc notetur diligenter. Et super tali principio debet fieri figura Cæli, quæ figura, & dispositio Cæli ostẽdit mortem vel vitam ægri: & hoc intellige de quacunque specie ægritudinis videre: & si infirmitas sit longa, vel breuis, & si non bene habetur principium aggressus infirmitatis, totum iudicium deficiet, & videbitur Astrologus deficere, & non est defectus eius, sed ægri malè recitantis principium ægritudinis. si verò bene

habeatur principium aggressus infirmitatis, & perquiratur ad eandem horam dispositio Cæli ista via est securior procedendi ad iudicium, quàm à via, quæ fit per quæstionem. Secunda igitur via talis esse dinoscitur, veniet ad Astrologum nuncius pro infirmo, & proponet quæstionem de cura infirmi: tunc Astrologus considerabit diligenter horam præsentationis nuncii, & quæstionis, & applicationis nuncii, eum scilicet Astrologũ, & perquiret Astrologus ad eandẽ horã & punctum horæ per horologiũ bene ordinatum, vel per instrumenta Astrologica, si Sol luceat: aut de nocte per eleuationem stellarum visibilium Astrologo notarum horam, & punctum horæ, & videat ordinationem Cæli duodecim domorum & Planetarum quẽlibet Planetam locando in loco proprio. Et hîc nota de quæstione, quôd quæstio fundatur in istis principiis influen

fluentia Cæli mouet quærentẽ, & disponit in illa hora citius, quàm in alia ad quærendũ. disponit quoq; Astrologũ, cui quæritur ad ipsam quæstionem capiendam: & sic vi quadã influentiali Cæli voluntates quærentis & eius, cui quæritur quodãmodo vniuntur. Si diceres, quæstio cadit sub arbitrio quærentis, ergo non cadit sub influentia Cæli. ad quod dicitur secundum dictũ Leopaldi, quòd est Rubrica tractatus 8. de quæstionibus. & est humana cõditio interim amorũ instinctu cælestium corporũ imitari naturã & ordinem, non desistit. & ob hoc, quale est in circulo tale est in animo. quia vultus huius seculi subiecti sunt vultibus cælestibus iuxta verbum 9. Ptolemæi in suo Centiloquio: & ideo quæstionum responsio rata est. Et debet quæstio propriè illa, quæ debet fieri de rebus arduis esse radicalis, id est, spatio 24. horarum in mente quærentis

radica

radicata:& addunt quidam cum confi dentia quærentis de veritate reſpõſionis ab Aſtrologo obtinenda, ſed fortaſſe non tantum in quæſtionibus ægritudinũ egebimus cerimoniis. Huius rei veritatem approbat Guido Bonati, videlicet, quòd quæſtio ſit radicata ſic dicens. Modus quærendi eſt inuocato nomine Dei, & quæſtione habita per diem & noctem in mente accedat intentione veraci ad Aſtrologũ:& poſtea ipſe addit ea, quæ ſequuntur, quæ notentur ſuis locis. Expertus ſum pluries, & inueni verum, quando hora interrogationis finem alicuius ſigni inueni in linea Oriẽtali, ſcilicet, quòd aſcendens fuit inter finem vnius ſigni, & principium alterius ſigni, dicebam, quòd quærens non quærebat ex intentione, aut quòd quærebat cauſa tentandi. Alio modo poteſt Aſtrologus errare: vt ſi dominus aſcendentis, & dominus horæ non fuerint idem

idem, vel non fuerint eiuſdem triplici tatis, vel non ſint eiuſdem complexionis cum aſcendente. ſi enim ita inuene ris, non erit quæſtio radicalis. Hæc expertus ſum multotiens, quoniam res exit ſecundum qualitatem ſolicitudinis interrogantis, & ſecundum quod ipſe venerit ad te ſub neceſsitate, quaſi triſtis, aut cogitans, aut ſicut ſperans, quòd tu poſsis, & ſcias reſpon dere ei veritatem ad quæſtionem ſuã: Illum enim poteſ aſpicere ſecurè. & di cit idem paulò antè, ſi æquales fuerint fortunæ, & infortunæ, tunc Aſtrologus non debet recipere aliquam quæſtionem, & dicit idem ſecundum Meſſehalac, quòd Aſtrologus nõ debet aſpicere ſibiipſi, ne fortè decipiatur in re ſua: quoniam vix fiet, quin ipſe habebit remorſum de aſcendente. Vnde oportet, quòd interroget aliũ Aſtrologum, aut det quæſtionem ſuam alteri, vel ſcripto, vel ſine ſcripto tali, vi-

delicet, qui ſit ſolicitus de re ſua, & quòd ille porrigat eam ſibi iterũ ſuo motu, quando voluerit, vel ponat in mente ſua dicens, quando occurrerit mihi tale ſignum, ſit pro aſcendente quæſtionis, quam facere intendo pro me. Et nota circa hoc, quòd aliquando poteſt eſſe defectus, qui accidit ex parte quærentis, ſi veniat tentatiuè, vel deriſoriè: & circa hoc conſidera, ſi Luna ſit in fine ſignorum, & maximè ſignorum communium, aut duplicium corporum, quod idem eſt ſeu mobilium. Caueat Aſtrologus, quia communiter, qui venit ad eum, & ei applicatur ad quærendum, communiter venit ad decipiendum, & tentandum, & iſte defectus eſt ex parte malitiæ quærẽtis. Alter defectus poteſt eſſe ex parte influẽtiæ Cæli. & illum tradit Ptolemæus in Centiloquio, verbo 14. ſic inquiens, Quantus erit error Aſtrologi, ſi ſeptima domus Cæli, & eius domi

dominus fuerit impeditus. & ſubditur in commento, cùm ſit aſcendẽs & eius dominus, ſignificatores interrogantis ſeptima, & eius dominus erunt ſignificatores rei quæſitæ: cùm igitur infortunati fuerint, ſignificant malitiam, quam conſequitur Aſtrologus in re illa, pro qua interrogatur: & prima pars eſt, vt fiat error illi requiſita. Aſtrologi verò Indi, quando infortunati fuerũt ſeptima & eius dominus, interrogationem differebant, & loqui de illa timore erroris. Alius defectus eſt ex parte Aſtrologi imperiti in ſcientia Aſtrorum, qui eſt defectus maior, & communior: cùm multi nempe ignorantes principia Aſtrologiæ ſe Aſtrologos faciunt, & hi ſi quid iudicent, à caſu iudicant, & eiſdem plerunque error contigit, & nimirum cùm vnicuique inerudito, & in ſua ſententia inexperto idipſum frequentiſsimê contingere videatur. Præter iſtas tres

vias poteſt Aſtrologus decipi, ſi ſit nimis affectatus ad aliquam partem non proſequendo veritatem: vt tãgit Ptolemæus, in Centiloquio, verbo duodecimo, ſic dicens: Amor & odium remouent hominem à rectitudine. magnanimus paruipendit magna, ſed puſillanimus magnificat parua: & eſt æqualitas inter vtrunque: cuius verbi commentum eſt tale. duas eſſe infirmitates animæ à Philoſophis, deprehenſum eſt à bona rei diſcutione illã prohibentes. Parcunt enim pro amore rebus multis, quas ſcrutari debẽt, & ſcrutantur cum odio, quod nunquam perficietur propter malam ſignificationem. ob hoc autem Phyſicis, & Aſtrologis, à Græcorum regibus donatiua dabãtur: vt eorum rata eſſent iudicia, & non timerent aliquos, & remouerentur eorum ſolicitudines, & ne dignitas, honor, vel diuitiæ eos à via auerterent rectitudinum, & magnanimus

mus non diſcutit magna, ſed præterit propter ſuam animoſitatem. puſillanimus verò animum imbecillem ſignat: & ille verſatur circa minima: ita vt lõga eius contentio eum à maioribus impediat: animus verò commendatur in omni ſcientia, qui medius eſt inter has vtraſque naturas: & ad hæc multũ valet diſcretio horæ Planetarum: nam ſi quærens applicetur Aſtrologo in hora Planetæ maleuoli, vt puta Saturni, aut Martis, ſuſpitio potius eſt ad malum, quàm ad bonum, & maximè ſi Planeta maleuolus ſit aliundè impeditus & retrogradus, aut combuſtus, aut in caſu ſuo, vel cadens ab angulis: & hoc intelligendum eſt etiam de applicatione cuiuſcunque ex parte alicuius ægrotantis, ſiue vrinam deferentis, aut de ipſo ægro quærere volentis, non etiam viſa vrina ſuſpitio eſt ad malum ægroti, licet non ſit teſtimonium.

ARGVMENTVM.

Capitulum quartum tertiæ differentiæ, est de declaratione domorum Cæli, quæ ostendunt influentiam super ægro, & medico, & medicinis, ac natura infirmitatis.



Irca materiam & inquisitionem domorum Cæli, quæ pertinent ad ægrum, & ad medicum, & ad alia, quæ sunt de factis medicorum, ac de natura infirmitatis, sciẽdum sequendo Arnaldum de Villa Noua, qui videtur loqui in ista materia magis propriè, & clarè, & copiosius, quàm antiqui Astrologi. Ipse enim notat quatuor domos Cæli ad propositum, videlicet primam, quæ dicitur ascendẽs: & angulum medii Cæli, quæ dicitur 10. & sextam, & quartã domum Cæli, quæ dicitur angulus terræ. Et circa istas quatuor domos ipse considerat ea, quæ accidunt infirmis, & eis accidere possunt. Nam prima domus, quæ est ascendens, & eius

domi

dominus aſsignatur ægro. domus 10. Cæli aſsignatur medico. Sexta domus aſsignatur infirmitati. Quarta medicinis, & apothecariis, & quibuſcunque ſeruitoribus infirmorum: excipiendo medicum, qui pro ſe habet 10. domum, Et ſenſus eſt iſte: ſi prima domus, quæ eſt aſcendẽs, habuerit bonos Planetas ſub ſe, & bene fortunatos, quòd non ſint retrogradi, nec cõbuſti, aut quomodolibet aliter infortunati, æger erit boni regiminis, & obtemperabit, id eſt, obediet medico, & amicis, & ſuis ſeruitoribus, & iuuabit ſe ad curam quantùm poterit. ſi verò in aſcenden. ſit malus, vel infortunatus, patiens ſibiipſi nocebit, & erit mali regiminis, & inobediens ſuis rectoribus. Sed verò in decima domo, quæ ſignificat medicum, ſit malus, vel infortunatus Planeta, medicina non proficiet ægro: & cum hoc dato, quòd bene faciet medicus, incriminabitur à vulgo de opere,

& dictamine ſuo circa dictum infirmum dicendo, quòd eius culpa æger non potuit ſubleuari, dato quòd non ſit culpa Medici: vt puta ſi infirmitas eſt ad mortem, vt eſt ſæpê: & poteſt cognoſci per aggreſſum infirmitatis bene habitum, aut per quæſtionem veracem, vt exempli gratia, tangendo vnũ inconueniens. ſi dominus aſcen. figuræ Cæli coniungatur domino mortis ſine receptione, & multæ ſunt aliæ viæ de quibus dicetur ſuo loco.

Sexta domus Cæli, & dominus eius oſtendunt infirmitatem, & cauſam infirmitatis, vt exempli gratia, ſi ſexta domus ſit de ſigno terreo, oſtẽdit cauſam infirmitatis, ex frigiditate: & ſit mulia, & morbus mulicus: ſi de ſigno aëreo ſignificat ægritudinem eſſe ex caliditate & humiditate, & per conſequẽs ex ſanguine, & ex morbis ſanguinis: ſi ſit de ſigno aqueo, ſignificat cauſam infirmitatis eſſe ex frigiditate, & humid

humiditate, & per cõſequẽs ex phlegmate, & ex morbis phlegmaticis. ſi verò ſit de ſigno igneo, ſignificat cauſam infirmitatis eſſe de caliditate, & ſiccitate: & per conſequens ex cholera, & ex morbis cholericis: & ſi malus Planeta, vel infortunatus ſit in ea, ſignificat ægritudinem ad malum determinari debere, vel ſaltem malitiam illius morbi deſignat.

Quarta autem domus, & dominus eius ſignificat medicinam. ſi igitur ipſa impedita fuerit per præſentiam mali Planetæ in ea, aut impediti ſignificat, quòd aut medicina talis eſt ex rebus nimis antiquis, aut non valentibus compoſita. aut quòd vel ab apothecario comburentur, aut aliter indebitè præparentur: aut quôd ab ipſis miniſtrantibus ipſi ægro indebitè miniſtrabuntur. Et de dominis prædictarum domorum intelligendum, quòd ſi mali, aut impediti fuerint ſuſpitio-

nem mali, dant ſecundum exigentiam ipſarum dictarum domorum.

Conſiderandum tamẽ circa dicta, quòd videtur prima facie eſſe controuerſia inter Ptolemæum & Arnaldũ de Villa Noua, de domo ſignificante ſuper medico: Vnde ſententia Arnaldi de Villa Noua nunc recitata eſt, ſed ſententia Ptolemæi in Centiloquio, verbo 57. eſt, quòd ſi 7. domus, & dominus eius ſint impediti, ſignificat errorem & turbationem Medici, circa curam infirmi. ſic enim inquit: Cum fuerit 7. & eius dominus impediti, remoue medicum ab ægro, & vult commentum, quòd cûm domus 7. & eius dominus ſunt impediti, ſignificat errorem & turbationem Medici erga curam ægri. Sententia autem Arnaldi videtur rationabilior, & magis declarata: & intellige omnia dicta hæc de hora quæſtionis, vel de hora inuaſionis ægritudinis, de hora autem manſionis

nis principalius sunt intelligēda. Con cordari autem possunt hi doctores hoc modo, quia Ptolemæus vult, quòd 7. & eius dominus iudicant profectũ, quem medicus faciet infirmo, quia si fuerit impedita, & dominus eius, medicus turbabitur, nec videbit, vt consueuit in opere. sed si sit bonus Planeta in 7. vel dominus eius, cum bono aspectu ad dominum ascenden. proficiet medicus ægro: sed decima, & eius dominus ostendunt iudicium medici, & declarant diligentiam, scientiam, vel ignorantiam, & famam medici, quam acquiret erga vulgus, & fortunam adiutorii à cursu Cælesti, casu vel fortuna, seu arte, si ars ad eius regimen con currat: quia si sint infortunati, medicus inculpabitur & criminabitur iustè, vel iniustè, si sit oppositum, laudabitur ipse.

Ex duobus modis supradictis sumendi ascendens, & constituendi domos

mos Cæleſtes pro iudicio ægritudinũ poſſunt addi duo modi minus principales. Primus eſt conſiderare horam applicationis nuntii ex parte ægri requirentis medicum ad curam, vel portantis ei vrinam. Secundus eſt conſiderare horam applicationis medici ad ægrum: & hîc eſt notandum, quôd ſi dominus ſextæ domus, ſit retrogradus, vel combuſtus, vel in domo mortis coniunctus Marti, vel Saturno, & ſine receptione, ſcilicet cùm non recipitur dominus ſextæ, à domino, domi nus mortis eſt ſignum mali.

Et hìc nota, quôd eſt differentia inter ſignum mali, & ſignum mortis, quia ſignum mali non ſemper arguit mortem, ſed tamen quandocunque vnum ſignum mali poteſt ſignificare mortem, quando eſt multum potens, & non ſunt teſtimonia ſanitatis ad op poſitum mali, de communi curſu, duo vel tria ſigna mali, ſecundum eorum

fort

fortitudinem poſſunt arguere mortem, velut latè declarabitur in capitulo ſequenti.

Item ſciendum, quòd ſi ſexta domus ſit de ſigno fixo, ſignificat longitudinem ægritudinis. ſi de mobili, ſignificat abbreuiationem: ſi commune ſit, ſignificat differentiam: pro quo conſiderandum eſt, quòd ſi decem gradus præcedentis ſigni, de duobus ſignis conſtituentibus domum, ſint de domo aliqua, tunc tota domus eſt ab illo ſigno denominanda. ſi verò tres, aut quatuor eſſent principiũ domus, tunc domus non eſſet denominanda ab illo ſigno primo, ſcilicet à ſequenti. Verbi gratia, detur quòd decem gradus, vel adhuc nouem gradus Tauri eſſent principium ſextæ domus, tota domus principaliter denominaretur à Tauro: & ſic de aliis domibus. ſi verò non eſſent niſi tres aut quatuor grad. ſextæ domus non denominaretur à

Taur

Tauro: imò à ſequente ſigno, ſcilicet à Geminis.

Item intelligendum eſt, quòd ſi Saturnus ſit dominus ſextæ domus, infirmitas debet eſſe prolixior: quàm ſi Mercurius, vel Venus, vel Luna haberent dominium ſextæ domus: quia mobiliores ſunt, quàm Saturnus. Ita quòd tarditas motus Planetæ, ſeu velocitas, quæ duplex eſt conſideranda in hac materia. Prima eſt, qua, videlicet vnus Planeta tardior eſt altero in ſuo motu, vt Saturnus tardior eſt aliis: & ſecunda ſuperius eſt declarata, quando videlicet Planeta minus mouetur in die naturali ſuo medio motu. Et quia non ſufficit ad complementum huius tractatus tangere ſolùm domos accidentales Cæli, quæ faciunt ad declarationem infirmitatum, ſed etiam expedit aliquid ſcribere generaliter de 12. domibus Cæli, & de ſignificationibus earum, ideo paucis percurram.

Prima

Prima domus, in cuius initium oritur in circulo hemiſpherii Orientalis, vocatur acalie, id eſt, aſcendens, & hæc ſignificat corpora, & vitam, & initia operationum de interrogationibus, ſcilicet oratione, locutione, & rumoribus, & quicquid cogitat in animo ſuo interrogans: & ſignificat initium vitæ in natiuitate: quia dominus triplicitatis aſcendentis. Primus ſignat vitam, & naturas nati, ſeu interrogantis, & eius delectationes ſeu voluptates, & quid diligat, & quid odio habeat, & quid boni ſeu mali eſſe inueniet initio vitæ ſuæ. Et dominus triplicitatis ſecundus ſignificat vitam, & corpus, & virtutem, ſeu fortitudinem, & medietatem vitæ. Et dominus triplicitatis tertius ſignificat id, quod ſui ſocii ſignificauerunt, & ſignificat finem vitæ.

Item prima domus ſignificat quærentem, vel pro quo eſt quæſtio, & ge-

neral

neraliter agentem,& ſignificat prima domus initium corporis,& vitæ.

Secunda domus eſt domus ſubſtantiæ, & victus & miniſtrorũ, & finem annorum vitæ ſignificat, id eſt, finem iuuentutis. de dominis triplicitatis domus ſubſtantiæ, de primo, ſcilicet ſecundo & tertio, vide quis eorum ſit fortior in eſſe, & hunc facies meritò autorem ſubſtãtiæ, & ſignificatorem acquiſitionis eius: quia ſi fuerit in medio Cæli inueniet hanc à rege, vel à principe, vel ab homine magnæ autoritatis, & ſi fuerit in domo fidei, erit melius. ſimiliter dominus triplicitatis primus dat ſubſtantiam in initio vitæ, ſecundus in medio, & tertius in fine eius.

Item ſecunda domus eſt cenſus, & mercationum ſubſtantiæ, & victus, vt prædictum eſt.

Tertia domus, eſt domus fratrum, ſororum, propinquorum, & dilectorum

rum fidei,& religionis,mandatorum, legatorum,mutationum, itinerũ, minorum ſignificat eſſe vitæ , ante mortem. Dominus triplicitatis domus fratrum , primò ſignificat fratres maiores, ſecundus medios, tertius minores. eritq́; eorum dignitas, & eorum eſſe ſecundum loca eorum.

Item tertia domus eſt auxilii , epiſtolarum,& nunciorum : & eſt fratrũ & ſororum, vt dictum eſt.

Quarta domus eſt patrum,& hære ditatum,finis rerum,& theſaurorum, & omnium abſconditorum, & occultorum,& ſignificat de eſſe vitæ hominum finem. Dominus triplicitatis domus patrum, primus ſignificat patres, ſecundus ſignificat ciuitates,& terras: tertius fines rerum,& carceres.

Item quarta domus ſignificat finẽ quæſtionis, & locum : & domus patrum,matrum, & hæreditatum, vt tactum eſt.

Quinta eſt domus filiorum, & delectationum, ac donationum, & ſignificat quid ſit futurum poſt mortem, ex laude, vel vituperatione. Dominus triplicitatis domus filiorum. Primus filios ſignificat, & vitam: ſecundus delectationem: tertius legatos.

Item quinta domus eſt gaudii, & legatorum, veſtimentorum, ciborum, & donationum.

Sexta domus, eſt domus infirmitatum, & ſeruorum, ſignificat finem vitæ, & quid futurum ſit ante ſenectutem. Dominus triplicitatis domus infirmitatum. Primus ſignificat infirmitatem, & qualitudines, ſeu languores ab infirmitatibus & malis. Secundus ſignificat vernaculos, & ſeruos. Tertius quid inueniet ex eis, & eorum vtilitatem, & opera: & eſt ſignificatiuus beſtiarum, & pecorum, omniumq́ue quadrupedum, ac fortitudinis eorum multitudinis, & paucitatis eorum moribus

ribus in manu eius, vel aggreſsionis, & illorum ab eo carceres quoque ac detentiones.

Item ſexta domus eſt periculi, laboris, & triſtitiæ infirmitatum, & ſanitatum.

Septima domus, eſt domus mulierum, nuptiarum, contentionum, participationum, & ſignificat medium finis vitæ erga ſenectutem. Dominus triplicitatis domus nuptiarum. Primus ſignificat mulieres, ſecundus contentiones, tertius comeſtiones, & participationes.

Item ſeptima domus eſt patientis, vt ſi caſtrum eſſet obſeſſum. Prima domus ſignificat inuadentem. Quarta locum ſeu caſtrum, & ſeptima illos, qui ſunt obſeſsi in caſtro.

Item ſignificat furem fugientem, & exulem.

Octaua domus eſt mortis, & ſignificat timorem, & mortem: atque al-

manerich, id eſt, ſubſtantias, & hæreditates mortuorum, quas deberent hæredes habere poſt mortem eorum, & ſignificat annorum finem vitæ poſt ſenectutem. Dominus triplicitatis domus mortis. Primus ſignificat mortẽ, ſecundus præceptum, vel res antiquas, tertius almanerich, id eſt, quæ hæreditanda ſunt à mortuis, ſicut ſuperius diximus.

Item octaua domus ſignificat bella, bellicos clientes, auxiliatores, calliditates, quæſtum.

Nona domus, eſt domus peregrinationum, & itinerum maiorum fidei, & religionis, Sapientiæ, Philoſophiæ, librorum, epiſtolarum, legatorum, narrationum, & ſomniorum, & ſignificat dimidium vitæ. Dominus triplicitatis domus peregrinationis. Primus ſignificat peregrinationem, & omne quod accidit ei: & ſecundus ſignificat fidem, & religionem, & valitudinem harum,

atq;

atque modum. Tertius eſt ſignificator ſapientiæ, ſomniorum, ſtellarum, auguriorum, ac veritatum eorum, ſcilicet exiſtentium in eis, ac mendacii.

Item nona domus ſignificat Eccleſias, præbendas, epiſtolas, legatos, pecunias, ſtudia, ſomnia, ſcientiam, & electiones fiendas.

Decima domus eſt domus regia, & operum ſublimationis, ac exaltationis regni, & memoriæ, & vocis, ſcilicet, imperii, & magiſteriorum, ac matrũ: & ſignificat dimidium annorum vitæ. Dominus triplicitatis domus regiæ. Primus ſignificat opus, & exaltationes, id eſt, ſedem, ſublimationem, & manſionem altiſsimam. Secundus vocem Imperii, & audaciam in eadem. Tertius ſtabilitatem eius, & durabilitatem.

Item decima domus ſignificat artes hominum, & eorũ magiſteria, ardua negotia, ſubſtãtiam furtim ſubla-

tam, & insidias, habitationes nobiliũ, & alta loca.

Vndecima domus, est domus fiduciæ fortunæ, laudis, amicorum, ministrorum, & auxiliatorum, & significat finem annorum medietatis vitæ, & post medietatem vitæ, dominus triplicitatis, domus fiduciæ. Primus significat fiduciam, secundus amicos, tertius vtilitatem, seu profectus eorum.

Item vndecima domus, est domus fortunæ, amici, & amicæ, substantiam regis significat, reditus, & tributa, regis, & principis: quia est secunda domus à domo regia, & significat virum regi succedentem, milites, vel pedites, post aliquam potestatem secundam, & omne, in quo fiducia habetur ad rem separatam.

Duodecima domus, est domus inimicorum, laborum, tristitiæ, inuidiæ, caliditatum, susurrationum, ingeniorum, falsorum, & bestiarum, & significat

ficat vitæ finem:& quod contingat matribus in conceptione sua ex bono, vel malo. Dominus triplicitatis domus inimicorum. Primus significat inimicos, secundus laborem, tertius bestias, & pecora.

Item duodecima domus significat iurgia, mendacia, potationes, periuria, meretrices,& personas abiectas, ac lusores taxillorum,& est hæc in generali significatio duodecim domorum Cæli, quæ variantur omni instanti.

ARGVMENTVM.

Capitulum quintum tertiæ Differentiæ, versatur in declaratione Planetarum influentium super varios morbos, & de cognitione, an morbi sint curabiles, an non.

SEquitur declaratio Planetarum, & graduum Cæli influentium super varios morbos.& nota hîc, quòd hîc nil tangit de morbis illatis à Deo: de quibus Sacra scriptura satis loquitur. Sed de morbis

prouenientibus cursu naturæ, & influentia Cæli. Super istis infirmitatibus naturalibus, est notandum, quòd aliquæ infirmitates humani corporis non semper durant, & dolorem inferunt sicut iliaca, cholica, podagra, chiagra, gutta, & similia: aut semper durant, & dolorem non inferunt, sicut cæcitas, surditas, gibbositas, membrorum mutilatio, & similia: aut semper durant, & dolorem inferunt, sicut continua febris, acuta, & consimiles morbi. Infirmitates, quæ leuiter possunt curari, & in breui tempore mensurantur influentia Lunæ, vt febris acuta, sed quæ diutius durant, vt quartana mensurantur motu Solis, licet minera proueniat à Saturno: cura tamen & tempus curæ mensuratur ab influentia Solis. Vlterius considerandum est, quòd vnusquisque Planeta significat proprias infirmitates secundum propriam proprietatem, & influentiam,

quæ

quæ infirmitates ſecundum ſigna, & grad. Azemena lucidos, vel tenebroſos angulos ſucceden. vel caden. augmentantur durant, creſcunt, vel decreſcunt.

Vnde Satur. ægritudines, ſunt phthiſis, catarrhus, febris hectica, ſplenetica, hydropiſis, vẽtris ſolutio, et grauiores morbi, vt lepra, maximè elephantia, podagra, cancer, & ſimilia. & quæ magis proueniunt ex frigiditate.

Iupiter ſignificat ſquinantiam, periplo. pleureſim, apoplexiam, ſpaſmũ, cephaleam, lethargiam, cardiacam, & generaliter omnes infirmitates, quæ proueniunt ex abundantia ſanguinis, vel corruptionis eius, vt ſunt ſynochus, ſynocha, & ſimiles ægritudines.

Mars ſignificat infirmitates hepatis, febres tertias, continuas, epidemiã, hemicraneam, eryſipelam, quod eſt apud cholericum, aborſus, putredinẽ,

& omne quod ex calore nimio calorem & dolorem infert choleram, maximè rubeam, & infirmitates prouenientes ex ea.

Sol habet influentiam supra fluxum reumatis descenden. ad oculos, & super oris læsionẽ, & super morbos siccos, & calidos, qui non proueniunt ab influentia Martis.

Venus habet influentiã super morbos frigidos & humidos, vt sunt apostema, fistulæ, humores, superfluitates maximæ circa genitalia, & mulierum pudenda.

Mercurius habet mentis perturbationem, maniam, muliam, epilepsiam, præcipitationem, tussis, & sputi abundantiam.

Luna habet paralisim, vultus obliquitatem, membrorum commotionẽ, & quæ ex opilatione neruorum proueniunt.

Et nota, quando dominus ascenden.

den. vel Luna, vel pars fortunæ fuerint in gradu Azemena, vel tenebrosis, vel putealibus significat infirmitates radicatas. In gradu lucido recentes: & peius significant in his Arietis, Cancri, Scorpionis, Capricorni, & Piscium, & quandoque in his signis significant lepram, apostema, pustulas, scabiem, impetiginem, & serpiginem secundum formas domorum, & graduum in quibus reperti fuerunt dominus ascenden. Luna & pars fortunæ. Præter ista consideranda est Luna in singulis signis, & si sit Luna in Ariete cum Marte, aut Sole, erit infirmitas in capite, & dolebit ei pulsus capitis, & febrem calidam patietur, & anxietatẽ, & vix loquetur: in pectore nimium dolorem patietur, & in pulmone, & habebit vehementissimum pulsum, expedit, vt phlebometur vena cordis, & vtatur cibariis frigidis: quia periculum est de phrenesi, & secundum con-

iunctionem Lunæ ad malos, vel secundum aspectum ad malos periculum, est de morte infra septem dies. Est enim Luna cum bonis bona, & fortunata, cum malis verò mala, & infortunata, maximè cum Marte in cremento Lunæ, & cum Saturno in decremento Lunæ intellige, quod dictum est.

Viso generaliter de Planetis, & gradibus Cæli influentibus super varios morbos, videndum est in alia parte capituli, an morbi sint curabiles, vel nō. Et circa istam materiam, primò requiratur prudentia iudicantis: Vt verbi gratia, lepra dicitur infirmitas incurabilis: quia cum difficultate curatur, & rarò: quia non omnis species lepræ est curabilis per artem, sed aliqua species tantum: & sic de multis infirmitatibus, suo modo loquendo: & iudicio communi medicorum, quorum interest prima determinatio præsentis locutionis: sed veniendo ad specialia, & ad

ad iudicia Aſtrologorum, multa ſuperius dicta in iſto capitulo ſunt conſideranda: & ad propoſitum, quando præſentatur Aſtrologo iudicium, an aliqua infirmitas ſit curabilis, vel non.

Circa hoc eſt notandum, quòd Aſtrologus poteſt habere per duplicem viam principium ſuæ inquiſitionis, aut per aggreſſum verum infirmitatis, aut per quæſtionem: vnde idem eſt iudicium Aſtrologi per quæſtionem, & per aggreſſum infirmitatis: ſed verius per aggreſſum, ſi verè haberi poſſit, & vt pateat aliquantulum clarè, dabo tibi tale exemplum anno fluente Domini Ieſu 1418. die 24. Auguſti, completis tribus horis poſt meridiem, diei Mercurii cum 12. grad. Cæli in fundamento temporis, hora Saturni, clericus quidã vocatus Ioannes Morterii, quæſiuit pro quodam famulo fratris ſui infirmo, quid de fine infirmitatis ſuæ mors, vel cura. cuius Cæli

figura

figura incidit talis ſuper Viennenſ. quæſtionis hora.


Nota tamen anteâ, quòd duodecim grad. Cæli correſpondent in menſura temporis 48. minut. horæ dando eleuationi cuilibet gradui Cæli quatuor minut. horæ, & econuerſo. Et nota etiam, quòd 15. grad. Cæli capiuntur pro vna hora in recipiendo aſcendẽs, ita quòd hora diuiditur in 15. partes, & de illa hora fluxerunt 12. partes horæ, ſcilicet 12. gradus, & non reſtabãt niſi tres ad complendum horam. Ita quòd fuiſſent quatuor horæ, & horæ æquales poſt meridiem. aſpexi hanc figuram Cæli, quæ fuit hora quæſtionis, & dedi aſcendens, & dominum eius, & Lunam infirmo, & vidi Martem dominum exaltationis aſcendens ad vnum gradum propè aſcendens, & cum hoc aſpicientẽ partem fortunæ â quarto aſpectu eam infortunantem. Primum fuit ſufficiens iudicium

mortis

mortis, scilicet vicinatio Martis iam proxima ad gradum ascendentis, & cum hoc Mars erat sub gradu Azemena, quod est coadiutorium quoddam ad malum, & aspectus quartus ad partem fortunæ erat iuuans ad malum, quia infortunata ratione Martis. Iudicaui ex vicinatione mala Martis, tanquàm à sufficienti causa, licet aliæ duæ bene cooperatæ fuerint, eum moriturum infra diem naturalem: & causa est, quia primo ex parte temporis communis erat tempus epidimiale: & ista est causa minor, sed principalis Astrologica: quia Mars erat in signo mobili, & ascendens erat signum mobile, & non distabat Mars ab ascendente, nisi per vnum gradum, & corrumpebat ascendens, & grad. ascendentis ratione suæ vicinitatis: & ascendens significat vitam, & principium rerum in omnibus rebus: & quia erat signum mobile, de significatione temporis

non

non dedi, niſi diem naturalem: quia ſi fuiſſet ſignum ſtabile, dediſſem ſeptimanam, vel menſem, quia ſignificatio ſignorum mobilium velox eſt, & fixorum tarda, communium verò mediocris iuxta materiam requiſitam, & rerum ſignificationes. Ex iſtis dictis iudicaui eum moriturum infra diem naturalem, niſi eſſent adiutoria influentiæ cæleſtis ad oppoſitum mortis, quæ non vidi in figura. Rurſus conſideraui Lunam, & locum Lunæ, & dominum Lunæ: vnde reperi Lunam in grad. 9. Geminorum ex parte ſitus ſtellarum infortunatam, quia Luna infortunatur in Gemin. cõmuni infortunio: quia Gemini facit 12. à Cancro, qui eſt domus Lunæ. Cæterùm conſideraui Mercurium, qui eſt dominus Lunæ, eò quòd Luna eſt in Geminis, ſcilicet in domo Mercurii, & vidi Mercurium infortunatum propter ſuam retrogradationem inter ſtationem



primam, & medium ſuæ retrogradationis: & quia aſsignantur aſcendenti, & Lunæ ſignificatores corporis humani dominus aſcendentis, & dominus Lunæ, qui ſignificatores ſunt ipſius animæ, & infirmitatum, quæ poſſunt accidere ipſi, vt puta alienatio mētis, & rationis, mania, mulia, & phreneſis. Et quia vidi Mercu-

rium infortunatum: quia retrogradum inter ſtationem primam, & medium ſuæ retrogradationis, vbi eſt peior, & quia Mercurius de ſua influentia, habet iſtas infirmitates, quãdo eſt malæ influentiæ, & in malo loco, quia in octaua domo, & influentia ipſius Mercurii, ſic infortunati principaliter, & Martis ab alio latere, qui infortunabat gradum aſcenden. & aſcendẽs de ſua natura ſignificat caput hominis, iudicaui iſtum infirmũ fieri phreneticum, ratione malæ naturæ Martis, & hoc in breui tempore vt tactum eſt: & ſic iudicaui ipſum moriturum phreneticum, & infra diem naturalẽ, vt tactum eſt. Cæterùm conſideraui Mercurium, qui per motum ſuum retrogradum ſeparabatur à Sole appropinquando Saturno, transferendo lumen & naturam domini domus mortis ad Saturnum dominum aſcenden. quæ eſt domus vitæ, & per talem trãſ-

latio

lationem luminis, licet translatio sit debilis, iudicaui eum moriturum, dicitur, quòd est debilis translatio duplici de causa. Primò, quia fit per retrogradationem. Secundò, quia translatio fortis & propria fit infra sex grad. quando Planeta leuior separatur ab aliquo Planeta superiori, & non elongatur ab eo vltra sex grad. & applicatur alteri superiori, & infra sex grad. & ista translatio luminis est propria & principalis, cùm verò Planeta leuis separetur à superiore, & est infra radios suos: & radii eorum commiscentur adinuicem, dicitur luminis translatio communis, licet non sit ad sex gradus, siue per coniunctionem corporalem, siue per aspectum: & hîc in figura est translatio luminis per coniunctionem corporalem, quæ est fortior suo modo, quàm per aspectum. Præter dicta superius videndum est ad partes, quæ faciunt ad propositum, videlicet

ad partem fortunæ, quæ omnium partium fortiſsima eſt: inueni partem fortunæ in hac figura in 16. grad. Libræ aſpiciente Martem quarto aſpectu, per gradus conſimiles, ſcilicet 16. Capricorni, & 16. Libræ. & iuxta ſententiam Ptolem. in Centiloquio, verbo 91. deteſtabilius in ſignificatione ægrotantis eſt, vt ſit ſignificator interrogationis ingrediens ſub radios, vel vt ſit pars fortunæ infortunata, & vult commentum, cùm pars fortunæ infortunata fuerit, deſtruet vitam, nec amittet actiones ſuas: quoniam ipſam ægrotantem feſtinare faciet ad mortem. aliæ duæ partes, quæ ſunt, Prima pars vitæ, Secunda pars mortis, non multum faciunt hîc, nec in aliis figuris ad propoſitũ vitæ, vel mortis, ſicut pars fortunæ. Cæterùm conſideraui domum octauam, & Planetas ibidem exiſtentes: & quia Sol repertus fuit in domo octaua quæſtionis hora, vnà cum Saturn

turn

turno domino domus aſcendentis, & cum Venere,& Mercurio retrogrado inter ſtationem primam, & medium ſuæ retrogradationis iudicaui malum infirmi ampliandum, & feſtinandum. Viſo iudicio mortis & intimato eodem ipſi nuncio:quia propè Aſtrologum erat infirmus:nuncius denunciauit amicis, & magiſtro ipſius infirmi, ſcilicet fratri ſuo, vt prouideretur de ordinatione ſpirituali, & temporali ipſius infirmi,quod factum eſt:& poſt duas horas à receptione Sacramentorum recepit infirmus phreneſim, ſicq; ſecutum fuit in craſtinum Iouis manè circa octo horas poſt mediam noctẽ: laborabat infirmus cum phreneſi interficere magiſtrum ſuum, & aliquos alios:ſed domino nolente fuerũt præſeruati dono ſpeciali:& poſt multa opera Phrenetici, & aliorum de domo: eadem die Iouis, poſt decem horas à media nocte, hora Mercurii phrene-

ticus fuit derelictus aliquantulum ſolus feneſtris clauſis, & porta cameræ, & ſubitò phreneticus cum fortitudine remouit poſtem anteriorem latrinæ, cùm eſſet iuuenis fortis, & potens, & capite ſubmiſſo inferius ſe proiecit in latrinam, vitam ſic finiendo. Iſtud exemplum poſitum, hîc eſt claro modo declarando fundamenta, vt per illud iudicium, multa alia iudicia poſſint fieri de morte, vel de vita infirmorum habitis principiis aliqualiter. Viſa ſecunda parte huius capituli, in qua tractatum eſt de cognitione mortis, vel vitæ exemplariter videndum eſt in tertia parte de tribus partibus, quibus vtuntur Aſtrologi, ſpecialiter in hac materia infirmitatum. Et primò de parte fortunæ, quæ non ſolùm materiæ ægritudinum conuenit: ſed & ſimul materiebus iudicialibus, & Aſtrologicis, & ad videndum quomodo debet perquiri, & reperiri in ali-
qua

quia parte:& variatur pars fortunæ omni instanti. Circa quod est sciendũ, quòd pars fortunæ, quæ est principalior omnium partium Astrologorũ, perquiritur in Cælo isto modo. Primò consideratur distantia, quæ est inter Solem, & Lunam, & hoc tam de die, quàm de nocte secundum sententiam Ptolemæi: Verbi gratia, in exemplo posito Sol fuit inuentus in decimo gradu Virginis, & Luna in nono gradu Geminorum, considera distãtiam quæ est inter Solem & Lunam, per numerum graduum & signorum: & reperies 20. grad. Virginis, post locum Solis, & reperies postea signũ Libræ, Scorpionis, Sagittarii, Capricorni, Aquarii, Piscium, Arietis, & Tauri: & hoc secundum succesſionem signorũ zodiaci, quia sic debet fieri computatio. Interdum completa est distantia, quæ est inter Solem, & Lunam: quia Luna tunc erat in nono gradu Gemi-

norum,qui ſunt addendi in diſtantia Solis,& Lunæ:& ita habes octo ſigna integra enumerata inter Solem,& Lunam & 20. gradus Virginis completos & 9. primos gradus de principio Geminorum:& iſti diſtantiæ ad operandum citius, & certius adde grad. ſigni aſcenden.qui fuerũt 17.ita quòd 17. gradus Capricorni aſcendebat: & ſic habes octo ſigna per prius & 20. grad. Virginis, & 9. Geminorum, vſque ad Lunam, & 17. grad. Capricorni aſcẽdit, & reperies in numero iſtorum graduum 46. gradus, de quibus gradibus recipies 30. grad. & facies vnum ſignum, & iſtud addes aliis octo ſignis ſuperius dictis, & ſic habebis nouem ſigna,& remanent tibi 16. gradus de illis 46. Habes ergo pro fundamento primo, quòd inter Solem, & Lunam appoſitis gradibus ſigni aſcẽdentis, ſcilicet Capricorni, qui ſunt 17. ſunt 9. ſigna, & 16. gradus. hoc facto

cto procedatur per iſtam viam. Incipit computatio à ſigno aſcenden. ſcilicet à principio ſigni aſcendentis, ex quo 17. gradus Capricorni fuerunt appoſiti, & vbi terminabitur numerus ſignorum, & graduum. ibi erit pars fortunæ. Numera à Capricorno, poſt venit Aquarius, poſtea Piſces, & poſtea Aries: & ſic de ſingulis per ſucceſsionem ſignorum. Ita quòd Virgo eſt nonum ſignum, poſt Capricornum, reſtant ibi ſexdecim grad. ipſius ſigni Libræ, vbi terminatur numerus inter Solem, & Lunam, & computando ab aſcendente cõſimilem diſtantiam, vbi terminatur numerus, ibi eſt pars fortunæ in Cælo. Fuit igitur pars fortunæ in ſextodecimo gradu Libræ. Quod ſi velis idem per aliam viam facere, dimitte gradus ſigni aſcendentis, qui fuerunt ſeptemdecim gradus Capricorni: & recipe ſequentes gradus Capricorni, qui ſunt 13. & non addes

iſtos 17. in calculatione tua: ſed conſidera diſtantiam inter Solem, & Lunam, & per ſucceſsionem ſignorum, & vbi terminatur numerus graduum incipiendo computare à gradu ſigni aſcendentis, & non à principio ſigni:: & idem reperies quod prius, ſcilicet 16. gradus Libræ. quod poteris probare in exemplis diurnis, vt in iſto exemplo. Quia conſimilem habet proportionem Sol ad aſcendens, quam habet Luna ad partem fortunæ:& latio partis fortunæ, poteſt reperiri antè,& retrò, pars fortunæ de nocte recipitur à Luna in Solem, ſecũdum opinionem plurium Aſtrologorum, & quaſi de communi curſu ipſi inſequũtur iſtam viam de nocte:& tunc, ſi à Luna in Solem proiiciatur ſimilis proportio eſt inter Lunam, & aſcendens, & Solem, & partem fortunæ:declaratio eſt, quia tanta preciſè omni tempore diurno computando tam grad. quàm minuta: eſt

eſt diſtantia inter Solem & aſcendens: quarta eſt inter Lunam,& partem for tunæ,ſcilicet de nocte tanta eſt diſtantia præcisè inter Lunam & aſcendens, quanta eſt inter Solem, & partem fortunæ. Sententia Ptolem. in iſta parte: quia iſta duo luminaria imminent ſuper fortunam,& ſemper à fortiori eorum inchoandum eſt, vnde dicunt ſequent. Ptolem. aſcendens Cæli omni tempore mundi, ſuo modo Solis habet ſimilitudinem,quia ſicut à Sole ca lor,per quem fit motus in iſtis inferio ribus, ortum habet:ita & ab aſcendente accidentalia opera ortum habent. Eſt igitur Sol naturale principium, & origo virtutis vitalis, ſicut Luna eſt principiũ virtutis naturalis, & Saturnus virtutis retentiuæ: & ſic de aliis Planetis dicitur infra teſte Ptolemæo, in ſuo Cẽtiloquio,verbo 86. ſic etiam aſcendens eſt vitæ domus in modum Solis. eſt etiam Sol principaliſsimus omniũ

omnium Planetarum existens omniũ Planetarum dominus, & ipse fortificat omnes Planetas, vt suprà tactum est, & purificat omnes Planetas, & stellas existentes sub suis radiis: ita quòd dum euadunt radios Solis, sunt purificati Planetæ, & stellæ suo modo, quo aurum igne examinatum, & ferrum à fornace ferri extractum existit purificatum: sic etiam domus ascenden. est omnium domorum principalissima, & fortioris virtutis. Sicut igitur Sol est naturale principium: ita Luna est finis per humiditatem; & crementum rerum augmentabilium: vnde à Sole ad Lunam pars fortunæ sumitur, & & obtinet ascendens locum Solis, & pars fortunæ locum Lunæ. & ad finem rei iudicat ipse locus Lunæ, & pars fortunæ: & ista est ratio Ptolem. Alii dicunt, vt puta Albumazar, & plurimi alii, quòd ista duo luminaria, vnũ est luminare diei, reliquum est luminare

nare

nare noctis, ſcilicet Luna maioris fortitudinis eſt de nocte, quàm ſit ipſe Sol. Ideo ſecundum ipſos inchoãdum eſt de nocte à Luna in Solem in perquirendo partem fortunæ in Cælo. Vnde mihi veriſimiliter videretur propter tantam multitudinem ſequẽtium iſtam opinionem ſecũdam à Luna in Solem, quòd non poſuerunt iſta ſine fundamento ſcientiæ naturalis Philoſophiæ, & Aſtrologiæ: & in hac materia ſic procederem, ſaluo meliori iudicio, ſi de nocte perquireretur pars fortunæ, & Luna eſſet in Cancro, vel in Tauro, vel in aliqua alia dignitate ſua eſſentiali, & eſſet fortis, vt puta in angulo medii Cæli, & Sol non eſſet in loco conuenienti ſibi, vt puta in ſigno Aquarii, vel Libræ inchoarem perquiſitionem partis fortunæ à Luna in Solem: & ſic de aliis partibus, vbi duo Planetæ conueniunt ad vnum effectum: à fortiori, tunc inchoandum eſt exem-

plum

plum Sol,& Saturnus ambo ſunt ſigni ficatores partium, & vterq; iſtorum Planetarũ eſt diurnus, ſed Sol eſt fortior in influentia diurna Saturno: ideo accipitur pars partium à Sole in Saturnum, & ſic de aliis ſignificatoribus partium.

Et nota, quòd ſi Sol & Luna ſint in eodem minuto, vt hora cõiunctionis, tunc erit pars fortunæ in minuto aſcendẽtis, & in oppoſitione erit in minuto Occidentis in principio ſeptimæ domus.

Pars mortis accipitur à Luna in grad. & minut. domus octauæ, & additur quòd perãbulauit Saturnus in ſigno, in quo eſt, & proiicitur ab initio ſigni Saturni, Et nota, quòd ſi minutum haberi non poſsit, ſufficit gradus, dicente Albumazar differentia quinta, Tractatus ſui primi commenti introductorii, non contingit error in iudiciis ex parte impreſsionis ad vnum

grad

gradum, quare à fortiori patet propositum.

Pars vitæ accipitur in die à Ioue in Saturnum, & de nocte ecõtra, & proiicitur ab ascendente.

Videndum nunc in parte vltima capituli huius de signis mortis, & testimoniis sufficientibus ad mortem, & de signis quæ dicuntur signa mali, nõ tamen mortis, & de signis, & testimoniis vitæ, quæ veniunt in figura Cæli per quæstionẽ, vel per aggressum infirmitatis, aut per reuolutionẽ annorũ natiuitatis, & vt in pluribus. Primò ponũtur testimonia mortis, quæ se tenẽt ex parte almuten ascẽden. Secũdo ex parte almuten domus mortis. Tertio ex parte dñi domus infirmitatis. Quarto ex parte Lunæ, & dñi Lunæ.

Notandum igitur generaliter primò, quòd nunquàm tenetur fieri mortis iudiciũ, nisi vnus significatorũ, scilicet dominus ascendentis, vel Luna

fuerit

fuerit corruptus, vel vnus alterum debilitet etiã, quòd fortunæ ſint caden. prius ab angulis. Secundo quòd omnis malus peior eſt in angulis, quàm in cadenti: & quantò tardior in motu, vel impeditus, tantò peior. Tertiò notandum, quòd in omnibus ſignis malis dicendum, quòd receptio minuit malũ, & maximè receptio fortis.

Primum igitur ſignum mortis ſit tale, quando dominus aſcendentis iungitur ſimiliter, & Luna domino rei quæſitæ erit res, quæ quæritur. exemplum, ſi dominus aſcendentis, & Luna iuncti fuerint domino domus mortis, moritur patiens ab illa infirmitate, niſi recipiat eũ dominus domus mortis, qui eſt dominus rei, de qua eſt quæſtio: & ſcias, quòd ſi dominus domus mortis iungatur domino aſcendentis iudicabis eum eſſe moriturum, niſi ſit fortis receptio inter eos. Et nota bene hoc documentum ſequẽs, quòd deterius

terius eſt, quòd dominus aſcendentis iungatur malo vel domino domus mortis, quàm quòd malus vel dominus mortis iungatur aſcendenti.

Secundum ſignum, ſi dominus aſcendentis, vel ſignificator principalis Cæli dederit vim, aut coniungatur Planetæ, qui eſt in domo quarta, morietur infirmus, quoniam hæc eſt domus foueæ. Vnde nota, quôd dare vim ſit, aut per coniunctionem Planetarum adinuicem, aut per aſpectum eorum, aut per coniunctionem radiorũ ipſorum.

Tertium ſignum, ſi dominus aſcendentis, & Luna ſint in quarta, aut octaua domo, vel combuſti à Sole, aut caden. vel coniuncti cum domino octauæ domus, ipſi dant certum teſtimonium mortis: & ſi vnus ipſorum tantùm, ſcilicet dominus aſcendentis, vel Luna ſe habuerit, vt dictum eſt. Notandum eſt in quibus reſpectibus ipſi

ſunt ex Planetis beneuolis, aut infortunatis: & iudicare ſecundum bonos, aut malos teſtes, quos habent. Nam ſi dominus aſcendentis ſit retrogradus, vel cadens, aut fuerit in octaua domo, & ex retrogradatione ſeparetur à domino octauæ domus, hoc affirmat mortem non dubitare, niſi ex eius retrogradatione fuerit à Sole combuſtus. Nam ſi denunciat mortem proximam, hoc facit Luna, quando applicatur Planetæ ſtanti ſubtus terrã, & maximè in quarta domo: & tenet veritatem illud, niſi fuerit in parte aſcenden. ſubtus terram: ſed contrarium eſt, ſi applicetur Planetæ ſuper terram exiſtenti. Et nota, quòd ſtellæ exiſtentes ſupra terram vitam ſignificant, & illæ de ſubtus terram mortem ampliant.

Quartum ſignum eſt, ſi dominus aſcendentis, vel Luna, vel dominus ſextæ ſint combuſti, vel retrogradi, & dominus aſcenden. ſit in domo mor-

tis

tis coniunctus Marti, vel Saturno, oportet infirmum mori ab illa infirmitate.

Quintum ſignum, ſi dominus aſcen den. & ſextæ ſint malæ influentiæ, & reperiantur in octaua domo Cæli, argumentum potens eſt mortis. Vnde nota differentiam inter potens, & ſufficiens: quia ſignum ſufficiens eſt ſignum completum mortis. ſignum autem potens eſt, ſignum non adeò com pletum.

Sextum ſignum, ſi dominus aſcenden. vel Luna ſint impediti, ſignum eſt mortis, vel longæ infirmitatis. Et notandum eſt, quòd omnia ſigna mortis, vel mali veritatem habent, niſi vincant ſigna vitæ, vel boni. Notandum, quòd ſi idem Planeta æquales habeat dignitates eſſentiales in aſcenden. & in 8. ſignificatio eſt mortis, maximè, ſi ille Planeta ſit aliundè impeditus: eodem modo poſſumus dicere de domi-

no ſextæ, & octauæ, quòd tunc eſt ſignificatio mortis, aut ſaltem longæ infirmitatis.

Secundô conſideranda ſunt ſigna mortis, ſumpta ex parte domini domus mortis: quorum primum ſit tale. ſi dominus domus mortis fuerit in quarta domo infortunatus, morietur infirmus.

Secundum ſignum, quando malus eſt dominus octauæ, & bonus Planeta ſeparatur ab eo, qui eſt dominus infirmitatis, & ille dominus infirmitatis reperitur in aſcenden. maximè in prima med. ſignum eſt mortis, quia tranſfert naturam domini mortis ad dominum vitæ, & fortius eſt quando dominus octauæ eſt retrogradus, vel aliter impeditus, & tunc infirmus nocet ſibiipſi, & eſt mali regiminis, & deterius eſt, quando dominus ſextæ eſt malus in aſcenden.

Tertium ſignum, quando dominus

nus rei quæſitæ vel Lunæ recedit ab infortunio, & vadit ad aliud infortunium, per malum aſpectum, vel per applicationem corporalem ſignificat malum effectum fiendum, & maximè in infirmitatibus eſt ſignum mortis.

Quartum ſignum malus in octaua, vel dominus octauæ malus ſignificat mortem, ſi recipiat dominum aſcenden. vel Lunam, qui non ſint aliundè infortunati ſignificat euaſionem poſt timorem mortis, propter receptionē, & maximè ſi receptio ſit fortis.

Quintum ſignum videas ad vim Planetarum, ſi ipſi fuerint ſupra terram, ſicut Planetæ diurni, & econtra eſt de nocturnis & aſſocia ſignificatori dominum triplicitatis primæ, & dominum horæ: & ſi plures infortunati fuerint in domo 6. vel 12. vel 8. aut domini domus eorum, morietur æger. Itidem malus eorum aſpectus cum ſignificatione eſt malus per ſe.

Tertio consideranda sunt signa sumpta ex parte Lunæ, quorum primum sit, quando Luna est cum Marte in quarta domo, siue aspectu Planetæ beneuoli, hoc inquit signum mortis.

Secundum, si Luna fuerit in angulo terræ cum Marte, & Planetæ beneuoli sint caden. hoc inquit signum mortis.

Tertium, si Luna sit Orientalis ad 12. grad. prope Solem, signum est mortis, & quantò propinquior Soli, & in combustione tantò peior.

Quartum, si Luna fuerit infra 3. grad. Scorpionis primos corrupta ex Saturno, fert mortem.

Quintum, si gradus, qui sunt inter Lunam & primum gradum mortis, sint substracti à principio signi ascenden. accipiendo pro quolibet signo 30. grad. si sint: & adueniat, quòd in termino, in quo hic numerus finietur, & terminabitur, sint Planetæ maleuoli,

vel

vel quòd receptor diſpoſitionis fuerit maleuolus, hoc inquit ſignum mortis. Et nota hîc primò, ſi maleuolus Solem vel Lunam corrumpat ſine hoc, quòd nõ ſit teſtis fortunæ, hoc inquit ſignum mortis.

Nota ſecundo, quòd ſi Luna fuerit cum Saturno, in decremento in principio infirmitatis oſtendit lõgam infirmitatem, vel mortem: ſed in cremento oſtendit ſanationem, & econtra de Marte cum Luna: quia crementum Lunæ eſt calidum, & decrementum frigidum, vt ſuprà tactum eſt. Et generaliter ſapientes cauent, ne ſit Luna in principio menſis cum Marte, in fine eius non nocet.

His prædictis ſignis adiungi poſſunt hæc ſigna de intẽtione Haly Habenragel. Vult enim ſic, ſi hi tres ſignificatores, ſcilicet Sol, Luna, vel Almuten, aſcenden. aut fortior eorum: & maximè ſi Sol, vel Luna fuerint do-

mini temporis,& habuerint aſpectum cum domino domus mortis, non poteſt liberari. Si verò fuerint liberi ab infortunis, & nõ habuerint aſpectum propriè cum domino domus mortis: & ſi duo ſint liberi non habendo reſpectum cum domino domus mortis, euadet. Et ſi vnus ſit ſaluus ab infortunis, & alii duo non aſpexerint dominum domus mortis, euadet. Si infortuna duorum non fuerit per coniunctionem, aut per infortunam potentem,& maximè ſi illa infortuna fuerit dominus quartæ, octauæ vel duodecimæ: quia ſi duo habuerint aliquam talem infortunam, erit mirabile, ſi euaſerit.& ſi fuerit Almuten aſcenden.& Luna:& maximè, ſi ipſa fuerit domina temporis, id eſt, quæſtione exiſten. mortua, vel etiam Sol, ſi fuerit dominus temporis omnes hi ſignificatores, aut fortior eorum habuerit aſpectum cum domino domus mortis, non poteſt

teſt liberari à morte. & qualibet vice dum aliquis illorum ſignificatorum applicuerit infortunæ, fortificatur infirmitas, quouſque ſeparetur ab eo. & ſi Lunam in principio infirmitatis aſpexerit infortuna, vel iuncta fuerit cum ea, mortem in eadem infirmitate ſignificat, & ſi aſpectus ille, vel coniunctio fuerit de fortuna, ſignificat illius ſalutem. Et iſta refert Haly, in ſequenti cap. de intentione Dorothei. Vnde aduertendum, quôd ſi dominus aſcenden. & dominus domus mortis ſe aſpiciant aliquo aſpectu, ſiue amicitiæ, ſiue inimicitiæ: fortius tamen, ſi inimicitiæ. Peius autem ſi cōiungantur per corpus, ſignum eſt mortis, niſi fuerit receptio inter eos: quòd ſi idem Planeta malus, vt puta Mars ſit dominus aſcenden. & 8. ſicut accideret, ſi Aries eſſet aſcenden. quia tunc Scorpius eſſet domus 8. & quæſtio fieret hora Martis, & quòd Mars ſit aut in aſcen-

den.aut in 8. domo,& peius in 8.est signum mortis. Vnde quando dominus quærentis, & rei quæsitæ conueniunt, tunc est signum potens consecutionis effectus. Aliud de eadem materia datur documentum, detur quôd Scorpio ascendit 6. domus à Scorpione est Aries, si tunc Mars sit in ascenden. vel in sexta domo,& esset hora Martis, & esset quæstio de sanatione, vel infirmitate,aut peioratione,argumentum potens est peiorationis infirmitatis:quia ascenden.& sexta conueniunt sub dominio Martis.& ista trahuntur ex 37. verbo Centiloquii. Vnde notandum si Luna fuerit impedita in principio infirmitatis, vel quæstionis hora per aspectum malorum, vel per coniunctionem frequentissime, erit crisis ad malum: nisi Planeta ille maleuolus, cui Luna applicatur, habuerit domũ supra natiuitatem infirmi, quia mali iuuant suos, interficiendo alios. No-

tandum

tandum etiam, quòd ſi Luna, vel dominus ſextæ, vel dominus aſcenden. fuerint combuſti, vel retrogradi, aut dominus aſcēden. fuerit in domo mortis, coniunctus Marti vel Saturno, de vita non ſperabitur, aut Luna impedita coniuncta domino domus mortis, vel domino domus mortis, & cùm impedita in 8. vel in 12. ſeu 4. & propè caudam. Et hîc nota hoc ſignum mortis, quôd ſi in grad. aſcenden. vel prope ad 2. grad. fuerit malus, argumentum eſt mortis infirmi, & numerus graduum illius diſtantiæ ab aſcendente, ſi ſint ſigna mobilia, denotant dies, & de fixo plus temporis denunciant, & ſi de communi communiter. hæc pro præſenti ſufficiant mortis ſigna: & ſi plura volueris aliqua præter iſta licet, puta in Iohanne Hyſpalenſi inuenies ſicut iſta. Dicit Iohannes Hyſpalenſis in Iſagogis in ſexta domo, vbi dicit, ſi quis quærit pro infirmo, an ſit

liberan

liberandus, vel nō, aſpice, ſi dominum aſcenden. inueneris in bono loco, & ſi eſt in angulo, & non combuſtus à Sole, id eſt, ſub eius luce & melius, ſi dat vim Planetæ fortunæ: & melius ſi ſit in angulo ipſe Planeta fortuna: & melius, ſi dominus aſcenden. recipitur ab ipſo Planeta, citò liberabitur. ſimiliter de Luna, vel de domino aſcenden. Si autem dominus aſcenden. dat vim domino domus octauæ. eſtq; dominus octauæ domus planeta fortuna, à quo dominus aſcenden. recipitur ad mortem, ægrotabit: ſed euadet, ſi non eſt receptus, deficiet. Si dominus octauæ domus eſt Planeta infortuna: & dat ei vim dominus aſcenden. ſit, vel non ſit receptus, deficiet: & peius ſi ſit dominus octauæ domus in quouis angulo: ſi dominus aſcenden. ſit infortunatus à domino domus ſextæ, vel duodecimæ, & ipſe vel Luna aſpiciat Planetã infortunam quouis aſpectu, & peius ſi fuerit

fuerit in ſignis fixis, ipſe vel Luna peius, & in hoc eſt Saturnus: vel ſi eſt Planeta infortunatus ex itinere tardo, vel retrogrado ægrotabit diutiſsime, ſi Planeta ſit infortuna, qui impediat dominum aſcenden. & ipſe velox, vel citò exibit ſignum, in quo eſt: & melius, ſi eſt in ſigno mobili, vel aſpicit ipſum aliquis Planeta fortuna: quouis aſpectu citò euadet à morbo: aſpice etiam quot gradus ſunt inter ſupplemẽtum aſpectus Planetæ fortunæ & infortunæ, & cuilibet gradui diem tribue. Similiter, ſi Luna habet aſpectum adhuc incompletum quouis Planetæ dat cuilibet gradui diem, ſi dominus aſcenden. eſt in domo 6. ingreſſus, intraturus ſtatim, id eſt, ex ea liberabitur: ſic ſi dominus ſextæ domus, eſt in aſcenden. in ingreſſu eius euadet. Planeta fortuna in angulo ſignificat bonum, infortuna malum: ſi ergo dominum corporis ſignificat permutationem in

alium

alium morbum, ſi dominus aſcenden. habet incompletam coniunctionem, vel aſpectum incompletum cum domino domus 6. vel 8. vel 12. & etiam quando aſpicit infortunam, & dominus aſcenden. eſt infortunatus ex eis, quando conſummabitur aſpectus, vel coniunctio ea hora deficiet infirmus ſemper, ſi dominus aſcenden. eſt ſub luce Solis, & peius eſt, ſi eſt in angulo cùm pertinget ad combuſtionem, deficiet. Si Saturnus, vel Iupiter eſt dominus, & tranſierunt combuſtionem Solis, cùm ſint Orientales, liberabitur, ſi Occidentales, econtra: & Mars ſi eſt iũctus infra decem grad. & eſt Orientalis, liberabitur, ſi eſt Occidentalis, & eſt minus 18. grad. morietur, ſi plus liberabitur: cùm Luna à loco Solis 12. grad. diſtiterit, cùm eſt Occidentalis, liberabitur, ſi Orientalis, morietur.

Nunc conſequenter procedendum eſt ad ſigna mali, de quorum numero

ſit

ſit hoc primo ſumptum à domino aſcenden. aut domo aſcenden. Reſpice igitur aſcenden. quod eſt ægroti, ſi ſit ibidem malus, vel dominus eius malus ſignificat malum, & infirmus erit mali regiminis, & ſibiipſi nocebit, & procurabit malum ſuum. Secundum, ſi dominus aſcenden. vel dominus ſextæ ſit retrogradus, vel combuſtus, vel in domo mortis coniunctus Marti, vel Saturno, maximè per malum aſpectũ ſignum eſt mali. Tertium, ſi dominus aſcenden. fuerit in domo 5. vel 11. tranſibunt anguſtiæ magnæ ſuper ægrum, niſi fortunatè fuerit receptus ipſe dominus aſcenden. Quartum, quando dominus aſcenden. vel Luna, vel pars fortunæ fuerit in gradu Azemen. vel tenebroſo, vel puteali, ſignificat infirmitates radicatas in gradu lucido recentes: & peius ſignificant in his ſignis Arietis, Cancri, Scorpionis, Capricorni, Piſcis: & quandoq; in his
ſignis

ſignis lepram, apoſtemata, puſtulas, ſcabiem, impetiginem, & ſerpiginem, ſecundum formam domorum, & graduum, in quibus reperti fuerunt dominus aſcēden. Luna, & pars fortunæ.

Nota, quòd à domino domus octauæ ferè nullum ſignum ſumitur, duntaxat mali: ſed potius penes eum ſumuntur mortis ſigna. Primum itaque ſignum mali ſumptum à Luna ſit illud. ſi Luna aſpiciat malos ex quarto vel oppoſito, malum ſignificat.

Secundum ſignum, quando Luna eſt impedita, vel domina domus mortis, vel in octaua, vel in duodecima, vel in domo quarta malum ſignificat.

Tertium ſi Luna fuerit in loco malo, & in ſigno fixo, prolōgabitur morbus, ſi autem in mobili ſigno citò ſanabitur: ſi in communi, ſanabitur termino medio: & egreditur de morbo in morbum alium, ſecundùm aſpectū Lunæ cum Planetis, & aſpice locum

Lunæ,

Lunæ, ſi dederit vim domino ſextæ, fortificabitur morbus. Quartum, quando Luna coniungitur Saturno in ſigno Arietis, & Aries ſit aſcendens: vel faciat domum ſextam, vel octauam, antiqui in principio ægritudinum, vel quæſtionum iudicauerunt mortem, ſed non eſt dicendum iudicium mortis: & ratio eſt, quia Saturnus in Ariete non habet illam autoritatem, quam habet in Libra, vel in ſuis domibus: ideo refrenatur ibi malitia Saturni: ideo prognoſticare non debemus infirmo mortem, ſed potius recidiuationem, ſeu recidiuam ægritudinem: tamen euadet, quando Luna iungitur Saturno in Tauro, & Taurus facit aſcendens, aut ſextam domum, aut octauam, tunc temporis Luna trahit malas influentias Saturni, & facit bonas: quia Luna eſt in exaltatione ſua, & Saturnus tunc non habet prauum dominium ſupra Lunam. Quãdo ve-

rò Luna coniungitur Saturno in Geminis, tunc Saturnus operatur omnes prauas influentias præter proditionē: quia Luna eſt debilis, non potens reſiſtere Saturno, quia eſt in ſigno duodecimo à domo ſua: quando verò Luna coniungitur Saturno in Cancro, domina eſt in domo ſua, & ideo Saturnus non habet potentiam malè operandi: idcirco Saturnus præbet Lunæ omnes bonas ſuas operationes, & conuertit naturam ſuam ad ipſam Lunā, & tunc efficitur mobilis in influentia. Si hæc coniunctio fiat in Leone, Saturnus non habet potentiam operandi bonum, quia eſt in domo firma, & in domo Solis, & inimici ſui. Si in Virgine indifferens eſt, tam ad malum, quàm ad bonum. Si in Libra, tunc Saturnus conuertit naturam Lunæ ad ſe. Si in Scorpione mala operà exercet Saturnus, & Luna non poteſt refrenare ipſum. Si in Sagittario refrenatur mali

malitia Saturni. Si in Capricorno, & Aquario, Saturnus potens est ad malum operandum, & Luna debilis. Si in Piscibus mediocriter se habet: & si ista velis ampliare, intelliges de coniunctione aliorum Planetarum cum Saturno: considera amicitiam, vel inimicitiam fortitudinem, vel debilitatem ipsius Saturni, & aliorum Planetarum, qui eis coniunguntur, & sic procede ad iudicium. Cõsidera etiam horam, quando infirmus cadit in lecto, vtrum Luna tunc exeat à combustione, tunc enim crescit ægritudo, quousque veniat ad oppositionis gradum, scilicet plenilunium, tunc si fuerit cum malo Planeta à malo signo: tunc de morte est timendum: & sic etiam, hoc est signum mali: quia vt dictum est à domino domus octauæ, ferè nullum signum sumitur duntaxat mali: sed potius mortis. Igitur vt quadripartitum in signis mali, quemad-

modum in aliis ſit, teneamus ordinē, loco eius ſunt ſumenda ſigna mali à domino domus ſextæ, quæ eſt ægritudinis domus, quorū primum ſit iſtud. Si dominus ſextæ ſit in malo loco, vt in 6. vel in 12. vel 8. malum ſignificat. Secundum ſi dominus 6. ſit impeditus à domino aſcenden. per malum aſpectum, & eſt in grad. Azemen. & in angulis, incurabilis eſt infirmitas, & ſemper nociua, & doloroſa in ſuccedentibus durat: ſed non ſemper nociua, & doloroſa, & reuertitur ſecundum qualitatem ſigni in cadentibus, non ſemper durat, non ſemper doloroſa, ſed pro tunc inuaſit infirmitas citò receſſura: ſed ſecundum qualitatem ſigni, & Planetæ pro tunc magis, vel minus impeditorum conſideratur iudicium infirmitatis penes conuenientiam, & diſpoſitionem domini domus ſextæ. Tertium, ſi in ſexta domo ſit malus patiens, tranſibit de ægritudine

dine

dine in ægritudinem. Si autem bonus patiens citò curabitur. Quartum recitatum eſt intra ſigna mortis permiſcuè.his ſignis mali addendum eſt primò,quòd ſi Planeta,qui ſignificat impedimentum, ſit in grad. Azem.ſignificat incurabilitatem, & ſic notanda eſt graduum natura, ſub quibus ſunt Planetæ facientes ad iudicium. Si verò alter iſtorum duorum ſit impeditus aſcenden. & Luna, & alter fortunatus,infirmitas non erit tanta. Secundò, & de tranſlatione luminis, ſi ſeparatur Planeta à domino, vel â domina domus mortis, & transferat lumen mortis per coniunctionem, vel aſpectum ad dominum aſcēden. hæc tranſlatio malum ſignificat. Tertiò, & eſt Aphoriſmus Aſtrologorum, ſcilicet de Centiloquio deteſtabilius in ſigni ficatione ægroti eſt, vt ſit ſignificator interrogationis ingrediēs radios, vel pars fortunæ infortunata. Quartò de

eiſdem Aphoriſmis timor magnus eſt ſuper infirmo, cùm interrogationis hora ambo luminaria fuerint ſub terra. Quintò ſi pars fortunę cadat prope caudam ad quartum gradũ ſub terra, vel in octaua, vel vadat ad caudam, vel ad malos, vel habeat aſpectũ malũ Luna ad malos. Et numera gradus, inter partem fortunæ, & caudam, vel inter Lunam, & partem fortunæ, vel inter illum, qui erit propinquior parti fortunæ infortunatæ. Et ſi aſcenden. 6. & 8. ſint mobilia, dic gradus, qui ſunt inter partem fortunæ infortunatam dies, vel minus, quòd erit effectus mali. Si aſcenden. 6. & 8. ſint firma, dic tempus effectus mali pluſquam dies. & ſi Luna ſit domina 6. vel 8. erit effectus hora Lunæ: & ſic de aliis horis alicuius dominorum harum domorum.

Deinceps videnda ſunt ſigna boni, quæ ferè omnia ſumuntur ex parte al-

muten

muten aſcenden. quorum primum ſit, ſi dominus aſcenden. fuerit in vno angulorum, & fuerit bonus Planeta, ſine malo aſpectu, & non ſub radiis Solis, neque retrogradus, & fuerit in ſitu Cæli fortunato: ſignum eſt vitæ.

Secundum ſi dominus aſcenden. ſit fortunatus, quando Luna peruenit ad eum corporaliter, tunc incipiet apparere criſis ad bonum, maximè ſi prima applicatio Lunæ ſit ad dominum aſcenden. corporaliter antequàm applicetur corporaliter alicui alteri Planetarum, quia dominus aſcenden. ſignificat animam, & vitam, Luna corpus, & eius ſalutem oſtendit, & ideo ſi Luna non fuerit infortunata: bonum.

Tertium, ſi dominus aſcenden. fuerit velox, & aliud ingrediatur ſignũ, vel aliam domum, velociter deficiet infirmitas, non ſit tamen in domo 8. vel 12.

Quartum, & nota bene, quòd ſi do

minus aſcenden. recipiat dominum domus mortis iunctum ſibi directum, vel poſtquàm incipit eſſe dominus mortis dirigi, ſignificat bonum propter receptionem, licet talis aliundè aſpectio, ſeu coniunctio ſine receptione ſignificat mortem, cum aliis circunſtantiis: & quando tranſierit aſpectũ, ſeu coniunctionem domini domus mortis, & domini aſcenden. apparebit effectus ſanitatis, licet præceſſerit timor mortis in ægro, & iudicium eiuſdem in medico.


Quintum ſignum, Luna aſpiciens Venerem, Venus Solem, Sol Iouem. maximè ſi Iupiter ſit in aſcenden. vel in nona, Iupiter erit almuten, hoc eſt, habens dominium in figura, hoc ſignificat bonum, & fortunæ habent naturam vitæ, niſi ſint domini domus mòr tis. His bonis ſignis, annectenda ſunt hæc, quorum ſit primum. Si Luna applicetur Mercurio, vel Veneri per aſpe

aſpectum, vel coniunctionem: & vnus illorum applicetur Soli, vel Marti, dato quòd coniunctio, vel aſpectus iſtorum non ſint boni, & Mars applicetur Ioui, qui Iupiter ſit fortis, tam ex parte ſitus Cæli, quàm ex parte dignitatum eſſentialium, Iupiter habet colligere lumen illorum, tanquàm ſuperior, & terminare omnia illa lumina inferiorum ad bonam criſim, & ad bonum terminum. Secundum, ſi almuten vitæ, id eſt, almuten aſcenden. fuerit in quarta domo fortunatus, ſanabitur æger, quòd ſi fuerit illic boni & mali, ſecundum fortiores iudica, ſed ſi poſtea ſe ſtrauerit in lectum, morietur. Tertium, ſi ſignificator fuerit in 10. creſcens lumine, & numero, abbreuiabitur morbus. Quartum, & eſt Aphoriſmus Aſtrologorum, ſcilicet de Centiloquio Ptolem. Saturnus Orientalis, Mars Occidētalis: ægros minus impedit Iupiter in Septentrione,

Venus in Meridie bonum augẽt, cùm ipsi fuerint domini ascenden. infirmi, vel quæstionis. Et quia materia infirmitatum non sufficienter declaratur per exemplum vnius quæstionis, aut duarum quæstionum. Ideo hîc alia duo exempla annectentur pro maiori declaratione.

Anno fluente Domini Iesu 1420. die sabbati, quæ fuit secũdus dies mensis Iunii, completis octo horis post meridiem, quidam Sacerdos proposuit quæstionem super propria infirmitate grauellæ, & statu suæ sanitatis & vitæ: cuius quæstionis hora talis incidit Cæli figura super Viennens. ciuitatem, & fuit quæstio præsentata hora Mercurii.

ASPE



ASPEXI in hac quæſtione, & dedi aſcenden. & dominum eius quærenti, ſeptimam domum Cæli & eius dominum medico. ſextam domum Cæli infirmitati: fuit ergo Saturnus ſignificator quærentis, & inuentus eſt in domo mortis, circa principium, ſignificans malum effectum, & feci Lunam participem quæ-

renti

renti, & inueni eam in decimo gradu Piſcis aſpicientem Saturnum ex oppoſito, & dantem ſibi vim, & Luna in tali aſpectu non recipiebatur â Saturno: quia ſi eſſet receptio, minueretur de malo.

Item notaui Lunam, & dominum aſcendentem non aſpicere aſcenden. quæ faciunt ad malum prognoſticandum.

Item conſideraui partem Planetæ interficientis in decimoſeptimo gradu Aquarii, in domo vitæ in aſcendente, & in poteſtate Saturni, & eſſe Saturnum interfectorem principalem, & Lunam adiutricem.

Item conſideraui partem fortunæ in quarta domo Cæli, quæ domus ſignificat finem, & foueam, & fuit pars in quarto gradu Geminorum aſpiciens Lunam quarto aſpectu, & ambo luminaria eſſe ſubtus terram, hora quæſtionis omnia faciunt ad malum

effect

effectum veniendum ipſi quærenti: & ex his omnibus iudicaui mortem ipſi quærenti ad tardius infra annum: nec pars vitæ, quæ erat in nona domo Cæli in decimooctauo gradu Scorpionis poterat iuuare, ad oppoſitum tantorum teſtimoniorum mali. Cōſideraui vlterius ex parte medici venientis ad adiutorium quærentis loco, & tempore paucam facere vtilitatem quærenti, quia Luna quæ eſt domina pro principio ſeptimæ domus, eſt impedita infortunio, vt iam patuit. & Sol, qui eſt dominus pro maiori parte huius ſeptimæ domus cadit in ſexta domo Cæli in domo infirmitatis, ſignificans quærenti malum, & duo Planetæ, qui ſunt in ſeptima domo Celi, Venus, & Mercurius modicum poſſunt iuuare medicum: quia quærens nō eſt capax in opere dependentis adiutorii. Conſideraui ſextam domum Cæli, quæ eſt ex parte Cancri, & Leonis. do

mina

mina primæ partis domus eſt Luna. & per hoc oſtendit infirmitatem, quæ eſt in quærente quæſtionis hora eſſe frigidam, & humidam exceſsiuè, quia Luna eſt infortunata, vt ſupra patuit: quia pars infirmitatis cadit in hac domo ſexta, in decimo gradu Cancri in gradu Azemena. & ſub radiis Solis, quæ omnia faciunt ad malam influentiam Cæli contra quærentem. Et nota præter iam dicta Solem in ſexta domo Cæli ſeparari à Saturno aſpectu ſextili, & aſpicere aſcendentem ex oppoſito, & eſt quidam modus tranſlationis luminis domini mortis ad dominum vitæ, cõcludendo in hac quæſtione, & figura Cæli in conuenientia, Luna, cum parte mortis ambo aſpiciunt ex oppoſito Cæli, Saturnum interfectorem quærentis quæſtionis, & Luna nuncia Cæli velox in ſuo motu recipit delegationem effectus influentiæ Cæli, quoad partem mortis, & Saturni

turni interfectoris. Et ſuper hoc conſideraui gradus Cæli, qui ſunt in aſcenden. & Lunam qui ſunt quadraginta quinque, & verti eos ad menſuram tẽporis: & quia aſcendens eſt mobile, & Luna eſt velox in ſuo motu, conſideraui gradus diſtantiæ Cæli, qui ſunt aſcenden. & Lunam vertere in dies, & non in aliam menſuram temporis & in complemento illius temporis poſt quadraginta quinque dies euenire effectum: ſicq́ue ſecutum fuit, venit ipſe quærens ad infirmitatem fortiorem, decubans in lecto poſt dies triginta quinque à quæſtione, per eum facta ſuper ſtatu ſuo, procedens de malo in peius, ſpatio decem dierũ, & per vnam diem, poſt quadraginta quinque dies, à quæſtione facta fuit in phreneſi, & die Iouis in craſtinum, quæ fuit quadrageſima ſeptima dies à quæſtione facta, & quindecima dies


Augu

Augusti, hora prima post meridiem, hora Saturni migrauit ad dominum.

SEQVITVR VLTIMVM exemplum formatum per figuram Cœli, ut decet, & illo exemplo posito finietur capitulum quintum Differentiæ tertiæ.

*





ANNO fluente Domini Ieſu 1431. & die ſeptima incompleta menſis Auguſti, quæ fuit dies Martis completis ſeptem horis à media nocte hora Solis, quidam magiſter in Artibus, & doctor in Medicina, vocatus Henricus amici, natus de Bruxella in Brabantia petiuit pro domino Decano Viennenſ. actu infirmo,

quæstionem, quid de infirmitate, eius sanitas vel mors: cuius quæstionis hora talis incidit super Viennen. Cæli figura & ordo Planetarum. Aspexi in hac figura seu quæstione, & ordine Cæli: & dedi ascenden. & Lunam infirmo, & vidi Lunam euntem ad cõiunctionem Solis, infra radios Solis: hoc fuit vnum testimonium mortis. Consideraui partem Planetæ interficientis in 14. grad. Leonis inter Lunam, & Solem, & infra radios Solis in principio domus 12. esse signum mali aggrauantis infirmum. Consideraui tertiò partem mortis in 26. grad. Virgin. in ascenden. in domo vitæ malum testimonium. Consideraui quartò partem vitæ præsentis figuræ in 26. gradibus Arietis in domo mortis: ita quòd est quædam mala combinatio: vita seu pars vitæ in domo mortis, & pars mortis in domo vitæ: & vniformiter in cõsimili numero graduum signorum

Arietis, & Virginis in 26. vtriuſq; eorum, qui gradus ſunt termini malorũ, Saturni, & Martis. Conſideraui vlterius ad propoſitum malorum ſignorum, ſeu ſignificatione parte fortunæ in 7. grad. Virginis, 6. grad. completi, & 9. minut. in domo 12. quæ omnia dicta ſunt teſtimonia mali: ex quibus ſignis & teſtimoniis malis iudicaui mortem ægri futuram in breui ex eadem infirmitate. Cæterùm aſpexi Mercurium dominum aſcenden. propè aſcenden. ad vnum grad. in domo 12. in fine ſuæ directionis venientem ad principium retrogradationis, & corrumpentem aſcenden. & ex hoc iudicaui ægrum venire ad phreneſim, ad tardius infra diem naturalem, licet eſſet quàmplurimum prudens: & ita euenit de phreneſi, & citius ante diem naturalem, & mors poſt duos dies, & infra duos dies.

ARGVMENTVM.

Sextum capitulum tertiæ differentiæ, de inuentione almuten ascenden. qui dominus principalis dicitur, & aliarum domorum Cæli, & totius Cæli, & de statu Planetæ corrumpentis vitam.



Sciendum est, quòd iste terminus Almuten in figura in lingua Arabum, qui magni sunt Astrologi, in lingua Latina interpretatur vincens. & est sensus talis: Planeta est Almuten ascēden. hoc est, idem Planeta est fortior in ascenden. omnibus aliis Planetis. Primò igitur videndum est, quod signum, quis grad. sit in ascenden. & tunc videre oportet, quis Planeta sit fortior in virtutibus essentialibus: quia ille est dominus ascenden. Verbi gratia, Ponatur, quòd aliquis gradus faciei secundæ Arietis, quæ est facies Solis, sit in ascenden. & quòd quæstio sit diurna, videndum est quis Planeta sit ibi fortior,

tior. Aries eſt domus Martis. Ideo habet quinque virtutes Sol, quia exaltatur in Ariete, habet virtutes quatuor, & propter triplicitatem diurnã tres, & propter faciem vnam, quæ ſunt in ſumma virtutes octo: & ſic habemus: quòd Sol eſt ibi fortior. Ideo iudicandus dominus aſcenden. ſi quæſtio eſſet nocturna, & Aries eſſet in aſcenden. à 20. grad. vſque ad 25. qui ſunt termini Martis. tunc Mars haberet propter domũ virtutes quinque, & propter Terminum virtutes duas, quæ eſſent in ſumma. virtutes ſeptem, Sol verò propter exaltationem, habet virtutes quatuor, & non plures: quia nullam triplicitatem habet in eo, quia quæſtio eſt nocturna, & nullam in Terminis, neque in faciebus: reſtat igitur, vt Mars ſit fortior ibidem. Ideo erit dominus aſcenden. Ponatur etiam, quòd quæſtio ſit nocturna, & quòd ſecunda facies Arietis aſcendat, quæ eſt facies

Solis: tunc Mars propter domum habet quinque virtutes: Sol propter exaltationem habet virtutes quatuor, & propter faciem vnam, quæ ſunt in ſumma virtutes quinque, & ſic ambo ſunt æquales in ſupradictis virtutibus. Ideo videndum eſt, quis iſtorum duorum ſit dominus aſcenden. Primò nanque videndum eſt, ſi aliquis iſtorum ſit in aſcenden. quia ſi ſit, & licet ſolùm haberet virtutes tres, & alter virtutes ſex exiſtens in alia domo: ille, qui erit in aſcenden, cum tribus virtutibus, erit dominus aſcenden. Si verò aliquis Planeta eſſet in primo grad. aſcenden. & haberet ſolùm duas virtutes, eſſet dominus aſcenden. non obſtante, quòd alius exiſtens in alia domo haberet omnes virtutes, quas habere poſſet. & hoc nota bene. Nam Planeta quantò propinquior eſt gradui aſcenden. tantò eſt fortior: & quantò remotior, tantò debilior. Si igitur nullus iſtorum

Plane

Planetarum esset in ascenden. quos dicimus esse æquales in virtutibus: sed esset in aliis domibus: tunc videndum est, quis sit in fortiori domo, vt in angulis, vel in succeden. & habentibus aspectum ad ascenden. & ille, qui in fortiori domo, & in meliori aspectu erit dominus ascenden. si verò ambo essent in vna domo, tunc videndum est, quis eorum sit fortioris virtutis in signo, & domo illa, & ille, qui erit fortioris virtutis in domo illa, erit dominus ascenden. si autem ambo in domo illa essent æqualis virtutis, videndum est tunc si aliquis eorum esset significator rei quæsitæ in quæstiōe, vt si quæstio esset de bello, Mars, qui significat bellum, esset significator rei quæsitæ: & ideo dominus ascenden. Et nota, quòd si Planeta sit dominus horæ, addit fortitudinem magnã. si fortè nullus istorum esset significator rei quæsitæ, tunc videndum est, quis eorum

habet aſpectum ad meliorem Planetam, & fortiorē aſpectum, & ille erit dominus aſcenden. & ſi ambo haberent vnum aſpectum ad vnum Planetam, vel æqualem, videndum eſt tunc quis eorū ſit magis amicus illius Planetæ, ad quem habent aſpectum, & ille erit dominus aſcenden. Quādo autem iſti Planetæ ſunt ita æquales in potentia, tunc videndum eſt, quis eorum ſit in meliori, vel deteriori gradu, vt in augmentante, & lucido, qui augent fortunam, aut in puteis tenebroſis Azemen. qui minuunt fortunam, aut in grad. maſculino, ſi eſt de die, aut in fœmininis, ſi eſt de nocte. Nota etiam, quôd quinque dignitates domorum præferendæ ſunt aliis quatuor eſſentialibus, vt puta triplicitati & Termino, niſi Planeta repertus eſſet in triplicitate, vel Termino, tunc enim præferendus eſſet, ita etiam dicitur de domibus, ſi aliquis Planeta ſit dominus rei

quæſ

quæſitæ, & reperiatur in domo rei quæſitæ cum dignitatibus eſſentialibus numero.·& alter reperiatur in domo ſua eſſentiali,non tamen in aſcenden. præferendus eſt ille, qui eſt dominus rei quæſitæ. De domino aliarum domorum debet dici, ſicut de domino aſcenden. ſaluo, quôd ille Planeta, qui eſt ſignificator rei quæſitæ, quam illa domus ſignificat, ſe haberet in illo ſigno, quod eſt in principio illius domús virtutes tres, & alter Planeta haberet ſex, tunc dico, quòd ille Planeta, qui eſt ſignificator rei quæſitæ, eſſet dominus illius domus. Cauendum à retrogradatione Planetarum, & ab aliis infortuniis. Et nota, quòd quando Planeta eſt in medio ſuæ retrogradationis, tunc eſt debilior, & peior, quàm in aliquo loco epicicli, & quando incipit dirigi, tunc acquirit virtutem, & gaudere dicitur, & eius bonitas augmentatur, vſque ad medium ſuæ

directionis. & sicut dictum est de intentione Almuten super ascenden. sic suo modo dicendum est de intentione Almuten aliarum domorum totius Cæli. Præter iam tactas supra virtutes essentiales Planetarum sunt quædam virtutes, & fortitudines accidentales ipsorum accident. eisdem ratione domorum. vnde ascenden. 12. virtutes habet 10. domus 11. virtutes habet 11. 10. virtutes habet 7. domus 9. virtutes habet 4. octo habet virtutes. 5. domus 7. virtutes habet 9. domus habet 6. virtutes, tertia habet quinq;, secunda habet quatuor, octaua domus habet tres virtutes, 12. habet 2. virtutes, sex. domus in fine virtutum, & habet vnam virtutem, seu vnum testimonium. Domus etiam Cæli præter fortitudines, & debilitates iam dictas habent bonitates, & malitias, & sunt similiter fortunatæ pluribus occasionibus. Prima causa ex natura sui ipsius.

Secunda propter ſitum, quem habent in Cælo. Tertia cauſa propter coniunctionem vel aſpectum, quem habet vna domus ad alteram. Quarta cauſa propter aſpectum, quem habent ad primam: & propter hoc nona domus, & tertia, quæ aſpiciunt primam, licet ſint cadentes, ſunt fortiores, quàm ſecunda, & octaua infortuna, & in omni bono. Quinta cauſa, ſecundum quòd ſigna inueniuntur in domibus. Sexta cauſa, ſecundum quòd Planetæ reperiuntur in domibus, quia Planetæ fortificant domos, ſicut econtra domus fortificant Planetas. Septima cauſa, ſecundum ſignificationes, quas ſignificant. Et nota hîc, quòd finis Libræ, & ſignum Scorpionis ſunt de ſe infortunium ſignorum, & domorum, vbi, & quando habent ſitum in figura, & in ordine Cæli.

Nota etiam hìc, vt elici poteſt ex nunc dictis, quòd domus Cæli aſcenden-

den. eſt ſuper omnes alias mirè tam in fortitudine, quàm in bonitate priuilegiata. Vnde Sol, Mercurius, & Iupiter in aſcenden. fortificantur, & fortunantur. Luna, Mars, & Saturnus in aſcenden. infortunantur, & infortunant aſcenden. Venus verò mediocriter ſe habet, quia eſt Planeta Occidentalis: & cadit fortitudo ipſius aſcenden. ſimiliter & aliarum domorum principaliter ſuper cuſpide anguli, id eſt, ſuper primo gradu. Vnde Planeta, cùm fuerit in primo gradu anguli, habet totam fortitudinem, & ponitur fortitudo ipſius in numero 8. cùm autem diſtat ab angulo 5. gradibus, perdit fortitudinem vnam, & ſi ad decem perdit duas fortitudines: & ſi ad 15. perdit tres: & ſi ad 20. perdit quatuor: & ſi ad 25. perdit quinque: & ſic non remanēt ei, niſi tres fortitudines: quia eſt in fine virtutum illius domus, & iam incipit ſentire fortitudinem immediatè

ſequen

ſequentis domus: & hoc eſt, quod alibi dicitur, quòd 5. grad. vltimi alicuius domus valde ſapiunt naturam domus immediatè ſequentis. Et aduertendum eſt, quòd præter fortitudines ſupradictas, quas habent Planetæ ratione domorum, adhuc Planetarum fortitudo eſſentialis intẽditur, & augmentatur ratione domorũ Planetarũ in hũc modũ. Sol tã de die, quàm de nocte æqualiter fortificatur ratiõe Leonis domus eius, & ſic de Luna reſpectu Cancri: quia Sol, & Luna non habent, niſi vnum ſimplex ſignũ pro ſua domo, videlicet Sol, Leonem, & Luna Cancrũ, vt ſupra patuit. Alii verò Planetæ duo habent ſigna. Vnũ videlicet, diurnũ, & aliud nocturnũ. hinc eſt, ꝙ Saturnus de die principalius reſpicit Aquariũ, qui eſt ſignũ diurnũ: de nocte Capricornũ, qui eſt ſignũ nocturnum. & hoc intelligitur, ſi Saturnus ſit de die in Aquario, vel reſpiciat
Aqua

Aquariũ, & de nocte in Capricorno, vel respiciat Capricornum: & sic suo modo dicendũ est de aliis Planetis respectu suarũ domorum. Vnde domus diurna Iouis est Sagittarius, & nocturna Piscis. Martis diurna est Aries, & nocturna Scorpi⁹. Veneris diurna est Libra, & nocturna Taurus. Mercurii diurna est Gemini, et nocturna Virgo.

Viso modo inueniendi Almuten ascenden. & aliarũ domorũ, & totius Cæli omni hora, & omni instan. in prima parte huius cap. Videndũ nunc circa secundã partem istius capituli de statu Planetæ interficientis, & corrũpentis vitam. Et circa hoc, vt clarius pateat, ponatur exemplum ex alio factum, & practicatũ. cuius forma talis est. Interrogato de statu cuiusdam per viam quæstionis, qualis esset conditio, sanitas, seu ægritudo, & prædominans qualitas qualisq; corporis dispositio, secundum influentiam datam à

Deo,

Deo, & causis secundis, & quantùm intellectus respondentis Astrologi illuminatur à Deo sequendo sciẽtiam acquisitam, regratiando Deo, à quo omnia bona procedunt, cuius quæstionis hora talis incidit Cæli figura, vel in hora, quia tunc fuit quæstio Cæli, fuit talis existen. & figura, & erat.



VISA figura Cæli, ad punctum quæstionis prima fronte videbatur personam esse sanam pro qua fiebat quæstio propter Solem in decima domo, & partem fortunæ in ascendente. Circa cuius quæstionis declarationē, & figuræ, Primo perquirendus est dominus ascendentis, per multiplicationem dignitatum essentialium: & debet considerari, quis Planetarum ab eo separatur, vel à quo ipse dominus ascenden. separatur: quia secundum statum Planetæ, à quo separatur ipse dominus ascenden. vel econtra, sicut dictum est, erit ægritudo vel sanitas, pro quo est quæstio. Locus corrumpens cum Planeta corrumpente naturam morbi, & fundamentum ægritudinis patefacit. Vt verbi gratia, si Planeta corrumpens sit in ascenden. morbum, seu ægritudinem designat esse in capite, si in secunda domo in collo: & si in tertia, denotat in humeris, &

in brachiis: ſi in quarta, denotat in pectore, & in ſtomacho. Si in quinta domo, denotat in hepate, vel in lumbis ſuperioribus. Si in ſexta, erit in corde vel prope cor in pelliculis, vel inteſtinis in parte inferiori ventris. & quandoque ſunt ægritudines, totum corpus occupantes: quia ſexta domus eſt domus propria ægritudinum. Si in ſeptima, erit in inguinibus, vbi ſæpe accidit bonum proueniens ex expulſione hepatis. Si octaua, erit infirmitas in membris pudendis. Si in nona, erit in coxis. Si in decima domo ſit Planeta corrumpens, erit infirmitas in genibus. Si in vndecima, erit in tibiis. Si in duodecima domo, erit in pedibus.

Item aliter inueſtigatur particula patientis. Vide dominum ſextæ domus, ſi ſit infortunatus in Ariete, erit infirmitas in capite: & ſic conſequenter ſicut declaratum fuit de Planeta corrumpente per ordinem domorũ.

Et circa hoc nota, ſi Planeta corruptor, vel dominus ſextæ infortunatus fuerit ſupra terram, erit infirmitas in dextra parte corporis, ſi ſubtus terrã fuerit corruptor, vel dominus ſextæ corruptus, erit infirmitas in parte ſiniſtra corporis. Si in ſignis diurnis, erit infirmitas in parte anteriori corporis, ſi in nocturnis, erit in parte poſteriori corporis. Vnde Aries eſt ſignum diurnum. Taurus nocturnum, Gemini diurnum, Cancer nocturnũ: & ſic de ſingulis. Viſa quæſtionis figura, & quibuſdam notatis perquirendus eſt, vt dictum eſt dominus aſcenden. qui Almutẽ Arabicè dicitur, quo inuento, & ſimiliter cõſiderato à quo ipſe ſeparatur, vel qui ab eo ſeparatur: quia ſecundum eius ſtatum erit ægritudo, vel ſanitas illius, pro quo fit quæſtio. In hac igitur figura Venus eſt Almuten aſcenden. quanuis Iupiter principali dominio domus potiatur:

tur: attamen Venus ibi habet plura teſtimonia exaltationem, & triplicitatem, & ipſum aſcendens proſpicit efficacius, quàm Iupiter: & cum hoc etiã digniorem locum Cœli occupat: quia igitur Venus, vt dictum eſt, erit Almuten aſcendentis. Reſponſum eſt perſonam, de qua quæſitum eſt, mulierem eſſe, vel ſaltem muliebris complexionis ſeu naturæ: & quia Iupiter habet dominium naturale in aſcenden. ſcilicet dominium domus. & eſt Iupiter Almuten quintæ domus: quia habet ibi exaltationem, & terminũ: & quia ibi eſt inuentus quæſtionis hora in 25. grad. Cancri, quæ inuentio Planetæ in loco addit fortitudinem eius ſuper illo loco: & quia domus quinta in ordine domorum de membris corporis humani ſignificat hepar. Videtur in diſpoſitione perſonæ, pro qua facta eſt quæſtio, hepar eſſe generatum, & ſanguinem phlegmaticum, ibi abun-

dare phlegma ratione Cancri, & ſanguinem ratione Iouis:& perſonam eſſe ægram propter Martem corrumpentem Almuten, ſcilicet, Venerem dominum aſcenden. quia domina aſcenden. ſeparatur à Marte. Et quia Mars corruptor fortius ex malo loco aſpicit ex domibus ſuis Arietẽ, quàm Scorpionem ſignificat calorem,& ſiccitatem eſſe cauſam ægritudinis ipſius capitis. Et quia Mars corruptor occupat domum quartam, quæ habet pectus atque pulmonem, ſignificat perſonam pati circa pulmonem. Et quia Martis eſt ſignificare rupturas venarum, & ſanguinis effuſionem, dicitur patientem ſpuere ſanguinem:& ſi dominus aſcendentis Solus incedat ſine aſpectu & ſeparatione alterius Planetæ: ipſe tunc naturam morbi oſtendet cum loco,& domo in quo loco inuentus fuerit quæſtionis hora, vel in principio euaſionis ægritudinis.

Et nota circa hoc, quòd Planetæ corrumpentes ſunt Saturnus,& Mars, & dominus octauæ, & maximè ſi dominus octauæ fuerit impeditus, ſeu infortunatus, & habent corrumpere alios, cum quibus habent affinitatem, ſcilicet, per ſeparationem, applicationem, coniunctionem, vel aſpectum. In hac figura Cæli, Venus erat in 28. Sagittarii in medio Cæli: ſed corruptor Mars inuentus eſt in 27. Geminorum in quarta domo, in mala domo ad factũ ægritudinis.& Venus ſeparabatur de vno gradu à Marte corruptore, quod fuit fundamentum cognitionis ægritudinis.

Cæterum ad malum ægri inuenta eſt Venus Almuten aſcendentis ingredi radios Solis,& comburi à Sole,& diſtare à Sole per 2. grad. Sagitta.& per 8. grad. Capricor. duo grad. ſigni Sagittarii bicorporei ſignificant duos menſes, & octo grad. ſigni mobil. Ca

pricor. significant octo dies. dubitandum est de morte ægri ad duos menses, & octo dies à quæstione facta, sicut Deus voluit ordinare, sic punctualiter accidit nutu Dei. Cuius solius est languores curare, mortuos suscitare, & terrena corpora per cælestia corpora moderare, ac inferiora per media dispensare. ipsi gloria amen.

Nota circa dictam figuram, quòd Saturnus inuentus est in 8. domo, & in 15. gradu Scorpionis, & tota illa domus de se ratione finis Libræ, & signi Scorpionis erat infortunata: & cum hoc ratione præsentiæ Saturni: & quia vt dictum est, Saturnus, & Mars sunt infortunia Planetarum finis, scilicet Libræ, & signum Scorpion. infortunia signorum: & semper quando veniant talia in iudiciis infirmitatum in ascenden. vel in 8. domo, vel in 6. vel in 4. domo Cæli, præsumẽdum est de malo.

Circa teſtimonia boni, quæ fuerũt in iſta figura Cæli: Sol in 10. domo Cæli. & pars fortunæ in aſcendente: iſta duo teſtimonia modicum potuerunt iuuare ad oppoſitum tantorum teſtimoniorum mali.

ARGVMENTVM.

Septimum capitulum tertiæ differentiæ, de combinatione Planetarum, & aſſociatione cum domino aſcenden. ſeu alterius domus Cæli, & de acceſſu, & receſſu eorundem inter ſe.



IN omni quæſtione, & figura Cæli, ſemper eſt quærendus dominus ſigni aſcendentis, & Luna, & ſuſcipe alterum eorum de directo magis aſpicientem aſcendens, & illum fac principalem. Si ambo aſpiciant æqualiter aſcendens, ſuſcipe alterum eorum habentem plures fortitudines in ſuo loco: tam ratione domorum, quàm Solis, vel ſuæ poteſtatis. Si ambo pares in omnibus: ſuſcipe dominum aſcendentis, & Lu-

nam cum eo aſſocia. In omni igitur quæſtione reſpice ſemper dominum aſcendentis, ſi ipſe aſpiciat aſcendens, ipſe erit ſignificator principalis rei quæſitæ, ſiue ſit de infirmo, ſiue de re alia: quia ſecundum ipſum principalius eſt diſpenſandum iudicium: & ſi non aſpiciat, & dominus honoris, id eſt, exaltationis aſpiciat ſignum illud aſcendens, quod eſt ſignum ſui honoris, accipe dominũ honoris pro ſignificatore, & relinque dominũ domus: quia ipſe dominus honoris eſt ſignificator propter defectum domini aſcen dentis, non aſpicientis aſcendens. Vt exempli gratia, poſito quòd Aries aſcendit: & quòd Mars in tali figura nõ aſpiceret aſcendens, ſcilicet Arietem, eò, quòd eſſet vel in 2. vel in 6. vel in 8. vel 12. domo, & Sol aſpiceret aliquo aſpectu Arietem aſcenden. tunc recipiendus eſſet Sol eò, quòd Sol exaltatur in Ariete, relicto Marte domino

aſcen

aſcenden. & ſic de aliis, quia aſpectus Planetarum, & loca Planetarum fortificant domos, & econtra. Quòd ſi nõ aſpiciat dominus honoris ſignum aſcendens, quod eſt ſuæ exaltationis eò, quòd non aſpiciat, vel eò, quòd illud ſignum non eſt exaltatio alicuius, recipe dominum triplicitatis, aut termini poſt triplicitatem, ſi aſpiciat ſuam dignitatem triplicitatis, aut termini poſt triplicitatem, ipſe eſt tunc ſignificator quæſtionis: & ſemper aſpice illum, qui fuerit dominus horæ in omnibus quæſtionibus: quia magna fortitudo eſt ei, maximè ſi habeat dignitatem in grad. aſcenden.

Vnde nota hoc de domino horæ, quòd fortitudo eius in omni re eſt, ſicut fortitudo domini aſcenden. niſi ipſe dominus horæ fuerit quomodolibet impeditus, ſcilicet aut retrogradus, aut combuſtus: & ſic de aliis. Non enim tantùm dominus aſcendẽtis illis

impeditis impeditur de magna parte, ſicut dominus horæ. aut ſic inueſtiga ſignificatorem, reſpice Planetam plures habentem dignitates in 5. locis. quia ipſe erit ſignificator, & ſi dederit vim Planetæ ſuperiori, qui ſuperior retineat fortitudinem. ſuperior tunc erit ſignificator. Reſpice Lunam, & locum eius, à quo ſeparatur Planeta, coniunctione, vel aſpectu, quoniam vis magna ineſt ei. & ſimiliter partem fortunæ: & ſi Planeta fuerit in angulo aſcendentis, magna virtus ineſt ei. & ſi fuerit in ſuis dignitatibus, habet etiã magnam virtutem Cæli: aut ſic inueſtigetur ſignificator: ſi dominus rei quæſitæ aſpiciat dominum aſcenden. ipſe erit ſignificator: & cum his duobus fiet iudicium: qui ſi non aſpiciant, vide ſi dominus exaltationis & dominus rei quæſitæ ſe aſpiciant, cum his fiet iudicium. Si autem nõ ſit aſpectus inter iſtos, conſidera Lunam & domi

num

num rei quæſitæ. Significator autem ſpecialiter infirmi, ſic ſecundum Haly Abenragel inueſtigari poteſt: aſpice almuten ſuper aſcendens, & ſuper Solem, & ſuper Lunam, & ſuper dominum partis fortunæ, ac dominum horæ: & ille eſt qui eſt fortior in figura inter illos, videlicet 5. & ſecundum illum ſignificatorem infirmi poteris inueſtigare, hoc modo particulam patientem. Pro declaratione ſupradictorum: aſpice almuten infirmi, & vbi ille eſt infortunatus, ibi eſt ægritudo: & ſi ipſe fuerit infortunatus ſupra terram, erit infirmitas in parte dextra, & ſi ſit infortunatus ſub terra, erit in parte ſiniſtra. Et ſi fuerit infortunatus in ſigno multarum aſcenſionum, vt in Geminis, in Cancro, in Leone, & in Virgine infirmitas occupabit totum corpus: & ſi in ſigno paucarum aſcenſionum: vt in Capricorno, Aquario, Piſcibus, & Sagittario, tunc eſt diminu-

tio membri: & si in signo æqualium ascensionum, vt in Ariete, Libra, Tauro, & Scorpione: tunc est in corde. aliter etiam penes partem loci infirmitatis poteris particulam patientem inuestigare: quæ pars loci infirmitatis secundum eundem Haly, accipitur à gradu domini horæ in gradum Solis: & proiicitur ab initio signi Arietis, dando cuilibet signo 30. grad. & vbi numerus finitur, in illo membro est infirmitas dando caput Arieti. & sic de aliis. Aut sic inuestigetur particula patiens. Respiciatur, quis sit dominus sextæ domus, & videatur in qua domo sit. Si sit in ascendente, erit infirmitas in capite, si in secunda in collo. etiam si sit in Ariete, est in capite infirmitas: & in Tauro in collo: & sic de singulis. Iuxta hoc diligenter considera, quòd duplex est via inter cæteras perquirendi particulam patientem. Vna, quòd capiatur dominus sextæ, si

sit

ſit corruptor, & tunc eſt videndus ordo ſignorum, vt puta ſi ſit in Ariete eſt ægritudo in capite, & ſic de aliis. Alter modus & exquiſitior: videatur quis malorum Planetarum malo aſpectu corrumpat dominum aſcenden. quia ille eſt corruptor, & ſecundum illum attendendus eſt ordo domorum, quòd ſi ſit in aſcenden. erit ægritudo in capite, ſi in ſecunda domo in collo erit ægritudo: & ſic de aliis.

Nota hîc, quòd corruptor dicitur eſſe Planeta malus, ſiue ſit malus per naturam, vt Saturnus, Mars, ſiue ſit bonus Planeta aliundè impeditus: vt ſi eſſet retrogradus, vel combuſtus: & inſpice, ſi fuerit coniunctio, vel aſpectus inter dominum aſcendentem, aut Lunam, & dominum ſextæ, & diem ſeparationis à coniunctione partium, id eſt, radiorum, quoniam quantùm durat lumen domini ſextæ cum altero duorum ſignificatorum, tãtùm morbus:

bus: & quando fiet ſeparatio luminis eorum incipiet morbus ſeparari ab infirmo. Planetæ aſſociantur domino aſcendentis, quando dominus aſcenden. eſt fortis, & aſpicit aſcendens, & fortius, quando eſt in aſcendente: & quantò propinquior eſt angulo aſcendentis, id eſt, primo gradui, tantò fortior eſt. Et ponatur gratia exempli, quòd Iupiter ſit in aſcēden. prope angulum fortis propter aliquam dignitatem eſſentialem: & Venus ſit in medio Cæli fortis, & Luna ſit in aliqua parte Cæli ſibi conuenienti reſpiciens aſcenden. dominium Cæli, & fortitudo aſsignabitur principaliter Ioui, & ſibi aſſociabuntur in dominio Venus, & Luna, & erit influentia amicabilis, humida tamen. & maximè ſi iſti tres Planetæ, vel ſaltem aliqui eorum ſint in ſignis humidis, & hoc poteſt applicari infirmitatibus: quia ſecundum dictam conſtellationem, infirmitates

pro

prouenientes erunt multùm humidæ. alio modo poteſt fieri combinatio, & aſſociatio Planetarum cum domino aſcendentis: vt ſi Mars eſſet fortis, & eſſet in ſeptima domo, & Iupiter eſſet in aſcendente fortis, & potens, vt dictum eſt. Mars propter aſpectum oppoſitum illarum domorũ, & propter fortitudines, quas habent illi duo Planetæ aſſociãtur: & iſta aſſociatio Martis cum Ioue non eſſet ad augmentum virtutis Iouis, ſed potius ad nocumentum bonæ influentiæ: quia inter ſe inimicantur & natura, & proprietate, cuius oppoſitum fuit de tribus Planetis antedictis. etiam inimicantur propter oppoſitionem ſitus Cæli. Alio modo Planetæ inter ſe aſſociantur in quacunque domo ſint Cæli, & hoc per aſpectum, quem habent inter ſe, & per conuenientiam locorum, in quibus ſunt ipſi Planetæ, & vnus dat fortitudinem ſuam alteri, & alter recipit, &

operatur pro eo fortitudinem: & superior est receptor dispositionis: & leuior pulsat, & mittit suam dispositionem pōderosiori. Vnde omnis Planeta superior dicitur esse inferiori grauior, tardior, & ponderosior. Et ad propositum, tale datur exemplum, detur quòd Venus sit in tertio gradu Virginis, & Mercurius in secūdo Cancri, vel in secundo gradu Scorpionis aspiciens Venerem aspectu sextili Mercurius committit fortitudinem suæ domus, & sui termini ipsi Veneri, & Venus recipit, & retinet: & fortius retinet Venus istam fortitudinem, quādo est in angulo, quàm in aliis locis Cæli: & ita Venus potest adhuc consequenter committere virtutem suam altiori se, si Venus ipsum superiorem existentem in dignitatibus essentialibus ipsius Veneris aspiciat aliquo aspectu, tunc consequenter Venus committit dispositionem suam ipsi superiori,

vt puta Ioui. Si Iupiter eſſet in Tauro, vel in Libra, & in terminis Veneris: & quantò inferior eſt debilior, tantò illa receptio virtutis ipſius ſuperioris eſt fortior. Et ſecundum hunc modum donationis, & commiſsionis virtutis inueſtigari poteſt ſignificator principalis Cæli. Sic poſito, quòd aliquis inferior Planeta ſit repertus dominus aſcendentis ratione multitudinis dignitatum eſſentialium, & quòd ille committat ſecundum modum dictum virtutem ſuam ipſi ſuperiori exiſtenti, ſcilicet, in dignitatibus eſſentialibus inferioris: & ſe aſpiciant aliquo aſpectu: tunc ille ſuperior, ſi aſpiciat aſcendens, erit principalis ſignificator.

Et in hoc capitulo, ſimiliter nota de acceſſu, ſeu applicatione, & ſeparatione Planetarum adinuicem, quòd Planeta dicitur applicari alteri, ſeu ad eum accedere, quando radii ſui illi alteri coniunguntur, ſiue hoc fiat per

coniunctionem, vel per aspectum: sed separari dicitur per oppositum, quando videlicet ille Planeta, qui applicuerit ab illo, cui applicuit, recedit. & est applicatio, siue accessus fortior, quàm separatio. Accessus namq; Planetæ futura denunciat. Recessus autem ipsius præterita repræsentat. Et nota hîc, quòd quinq; grad. vltimi domus duodecimæ propinquiores angulo ascendentis sapiunt naturam ascendentis. & ita generaliter de duodecim domibus, quinque grad. vltimi domorum sapiunt naturam domus immediatè sequentis, cuius causa dicta est in cap. præcedenti: sed fortius 5. grad. vltimi, 12. domus sapiunt naturam ascendentis, plusquam quinque grad. vltimi ascendentis sapiunt naturam domus secundæ, quæ dicitur domus substantiæ.

Et nota circa hoc ad propositum, quòd si malus Planeta, vt puta Saturnus, vel Mars, vel Planeta, qui est dominus

minus octauæ domus, sit prope ascendens in illis quinque vltimis grad. domus 12. malum significat, & præcipuè si fuerit ad 2. grad. prope ascendens, vel ad vnum grad. prope ascendens, mortem significat, & habet ibi infortunare totum ascendens, quod est domus vitæ, & istud trahitur ad iudicia infirmitatum.

ARGVMENTVM.

Quarta Differentia, de medis conseruandi sanitatem, & obuiandi periculis, & de ingenio expellendi morbos de corporibus humanis, quãtùm erit poßibile artifici, seu ministro naturæ. Et de modo medendi, & conficiendi medicinas, & confortandi eas per influentiam Cæli, & præcipuè per inuocationem nominis Dei supra totam influentiam Cæli.

Primum capitulum qualiter quatuor virtutes corporis humani sunt confortandæ, & iuuandæ, regnante consimili constellatione in Cælo.

CAPIT. I.



VONIAM in titulo iſtius capituli, mentio fit de quatuor virtutibus, quæ propriè dicuntur adminiſtrant. eò, quôd ſint quædam inſtrumenta virtutum principalium : ideo prænotanda eſt hîc diſtinctio virtutum. virtutum igitur, quædam ſunt principales, quædam minus principales, ſeu adminiſtrantes virtutes principales. Et ſunt duplices, vna, quæ eſt ad conſeruationem ſpeciei, quæ reſidet in membris generatiuis. & regitur principaliter per influentiam Veneris. aliæ ſunt ad conſeruationem indiuidui:& ſunt tres. Prima eſt vitalis, & reſidet in corde: & regitur principaliter per influẽtiã Solis. Alia eſt naturalis, & reſidet in hepate, in quo generantur quatuor humores ſanguinis, cholera, phlegma, & melancholia, & ſecũdum diuerſitatem illorum quatuor

humo

humorum, reguntur principaliter, à quatuor Planetis. Iupiter enim ſuper ſanguinem, qui eſt calidus, & humidus influit. Mars ſupra choleram. Luna ſuper phlegma. Saturnus ſuper melancholiam. Mercurio autem non applicatur aliquod ſuper antedictas virtutes ſpeciale dominium: eò quòd eſt Planeta quodammodo neutralis influentiæ: eò quòd potius virtutem ſuã aliis Planetis aſſociat, quàm quòd ſecundum ſe influat. Hoc tamen iuxta nunc dicta conſidera, quòd Luna inter ſupradictos Planetas validiorem influendi vim habet, quàm aliquis aliorum: quod perſuaderi poteſt dupliciter. Primò Phyſicè, & Aſtrologicè. Secundò medicinaliter. Primo quidẽ modo, quia Luna omnium humiditatum, tam macrocoſmi, id eſt, maioris mundi, velut ſupra declaratum eſt, quàm microcoſmi, id eſt, minoris mundi, ſcilicet hominis, eſt domina pro-

pter hoc existens nobis secundum situm vicinior, vt mistura entium inferiorum, quæ maximè fit ratione humidi, cum hoc maximè miscibile sit, secundum sentētiam Philosophorum regulat, & disponit humores nostri corporis supra explicatos, moderet, & influenter regat, & disponat. Secundo & medicinaliter præsupponendo, vt supra tactum est, quòd influentialem virtutem habeat supra phlegma, phlegma autem secundum medicorum sententiam est sanguis diminutè coctus, quare virtus eius reciprocatur super sanguinis natura: quiquidē sanguis est omnium humorum principalis aliis humoribus non existen. nisi superfluitatibus quibusdam ipsius sanguinis. Cholera nempe est ipsius sanguinis spumosa superfluitas. phlegma verò aquosa, & melancholia, fæcalis, & terrea. Tertia virtus principalis est animalis, quæ bipartita est in intelle-

ctiuam

ctiuam & sensitiuam : Intellectiua residet in cerebro, & principaliter est quadripartita in virtutem imaginatiuam, & phantasticam residen. in prora cerebri : in discretiuam, quæ residet in media cellula cerebri, & in memoratiuam, quæ residet in occipite. Prima viget per calidum & humidũ. Secũnda per frigidum & humidum. Tertia per calidum & siccum : & quarta per frigidum & siccum. Hæ virtutes secundum omnem naturam sui, scilicet secundum eorum essentias, & præsertim discretiua, non sunt subiectæ virtutibus influentialibus Planetarũ, & cæterorum corporum supracælestium, vt trahi potest ex verbo primo Gentiloquii Ptolem. superius declarato : subiectæ attamen sunt considerratæ secundum earum esse. esse inquã existentiæ, prout organo, videlicet cerebro alligatæ sunt. Cerebri tamen complexio influentiæ Lunæ, & Vene-

ris ratione complexionalis ſymboli di citur ſubiacere. Et hæ virtutes, & præſertim diſcretiua, omnium virtutum noſtri corporis ſunt dominæ, & regulatrices. Senſitiua bipartita eſt in ſenſum communem & particularem, ſenſus communis quodammodo naturæ eſt mediæ inter virtutem intellectiuam, & ſenſitiuam particularem. & ob hoc medium ſitũ inter ipſas â Philoſophis deprehenſum eſt eam obtinere. Senſitiua particularis diuiditur in quin[illegible], ſecundum quinque ſenſus, ſcilicet in viſum, auditum, olfactum, guſtum, & tactum. Virtus viſiua reſidet in occulto, & propriè in humore criſtallino. virtus auditiua in auribus, & fit propriè adminiculo aëris generalis exiſten. poſt pelliculam auris, vt aiunt Philoſophi, pariter & Medici. Virtus olfactiua in naſo, & propriê in duobus forũculis, qui ſunt partes medullares, & cerebrales affixæ cerebro

ex oppoſito duarũ nariũ. Virtus guſtatiua in lingua, & propriè in radice eius. Virtus autem tactiua non eſt ſpeciali organo deputata: ſed eſt toti corpori in modum retis coexpanſa, vt dicitur ſecundo de Anima. Primus illorum ſenſuum viget frigiditate, & humiditate. Secundus frigiditate, & ſiccitate. Tertius caliditate, & ſiccitate. Et quartus caliditate, & humiditate. Quintus verò temperie viget omniũ quatuor qualitatum primarum, temperie autem iuſticiali, vt dicunt medici. volunt nanque tam Phyſici, quàm Medici, quòd tactus eſt verus iudex qualitatum tangibilium, ſcilicet calidi, frigidi, humidi, & ſicci. Si enim ſola caliditate vigeret de illius qualitatis oppoſito, puta frigiditate, verùs iudex non eſſet: & ſic ſuo modo deduci poteſt in aliis qualitatibus: virtutes quoque miniſtrantes ſunt quatuor, ſcilicet attractiua, digeſtiua, retenti-

ua, & expulſiua. Attractiua viget caliditate, & ſiccitate: caliditate tanquam qualitate actiua & principali: & ſiccitate velut paſsiua & minus principali. Et ait Auicen. fen. prima primi ca. doctrina ſexta de virtutibus, Quòd attractio fit, aut ratione calidi, aut ratione vacui: Exemplum primi patet de calore ignis, Solis, vel membrorum noſtri corporis: Exemplum ſecundi patet de ventoſa. Digeſtiua viget caliditate, & humiditate: quia illa inter adminiſtrantes virtutes eſt principaliſsima: quia humido radicali, & noſtris membris ſimillima. In calido nempe, & humido noſtra conſiſtit vita, viget inquam caliditate, velut qualitate actiua, & principali: humiditate, velut paſſiua, & minus principali. Retentiua viget frigiditate & ſiccitate. Frigiditate tanquam actiua & principali: ſiccitate autem velut paſsiua, & minus principali, frigiditatis nanque eſt compri-

mere, & ſiccitatis compreſſa bene retinere. Expulſiua autem viget frigiditate & humiditate: frigiditate velut actiua & principali, humiditate velut paſsiua, & minus principali. Frigiditas nanque ſuperfluitates comprimit, humiditas ipſas ſuperfluitates pariter, & membra ad labilitatem diſponit: ideo ſic cauſatur expulſio. Attractiua, vt volunt Medici, viget per villos longitudinales, & retentiua per villos latitudinales, & expulſiua per tranſuerſales. Digeſtiua autem, quæ eſt illarũ virtutum principalis, vt dictum eſt his villis, ſic particulariter non eget. Sed aliæ ipſa ſuis villis ſubſeruiunt ſufficienter. Attractiua enim digerenda attrahit. Retentiua, illud quod digeritur quouſq; digeſtum ſit, retinet: Expulſiua illud quod ex digeſtione ſuperfluum eſt, reiicit, & expellit. Hæ virtutes adminiſtrantes, velut diligentes famulæ virtutum principalium omnibus

busmembris noſtri corporis ſunt inſitæ ad vitæ noſtræ continuationem: & quia quicquid in iſtis inferioribus eſt, ſe habet paſsiuè & particulariter, & à corporibus cæleſtibus eſt, & dependet actiuè, & influenter. Ideo conſiderandum eſt, quòd virtus attractiua principaliter per influentiam viget Solis, qui eſt calidæ, & ſiccæ influentiæ temperatæ, & non Martis, qui corruptiuæ eſt naturæ. Digeſtiua virtus viget per influentiam Iouis. Retentiua per influentiam Saturni. Expulſiua per influentiam Lunæ. Et prædictis Planetis aſſociari poſſunt hi Planetæ, qui cum ipſis in altera qualitatum vel ambabus ſymbolizant. Pro declaratione hoc annectendum eſt, quòd velut in Cælo duo ſunt Planetæ, qui de per ſe ad vitæ productionem, aut eiuſdem continuationem non influunt Saturnus, videlicet, & Mars. Ita in corpore noſtro ſunt membra, quæ ad vitæ
contin

continuationem nõ deseruiunt, nisi per accidens, scilicet cistis fellis, quæ est superfluæ & nimium causticæ choleræ recollectorium: ne ex ipsa membra, aut exardescant, aut saltem febrili calore, & siccitate nimium infestẽt. Et splen, qui est torcular sanguinis, & superfluæ fæcis sanguinis, puta melancholiæ reconditorium & crater. Primo illorum membrorũ præest Mars, & secundo Saturnus.

Circa prædictorum de quatuor virtutibus ministrantibus declarationẽ. Notandum est primo, circa virtutem attractiuam, quæ viget, vt dictum est, caliditate, & siccitate in corpore misto ex elementis, sic debet confortari, quando viget similis virtus in Cælo: vt quando Luna est in signo calido, & sicco, vt Ariete, & Sagittario: non autem Luna existẽte in Leone, quia Leo est signum fortissimum, & habet influentiam in corde hominis, & subse-

quenter in stomacho: virtus eius est
adeò fortis, quòd Leo non debet eligi
pro operibus Medicinæ, siue Luna sit
sub eo, siue sit ascendens, nec pro laxa-
tiua, nec pro phlebotomia, nec pro cō-
fectionibus faciendis: & confectiones
fiendæ pro attractiua etiam debent
fieri Luna existente sub Ariete, vel Sa
gittario: non autem sub Leone, vt di-
ctum est: & qui est festinus ad subue-
niendum virtuti attractiuæ: & non po
test expectare Lunam ad Arietem, vel
Sagittarium, eligat ad minus ascendēs
Cæli Arietem, vel Sagittarium, vt su-
perior radix confortet radicem infe-
riorem. Similiter qui vult confortare
virtutem retentiuam, eligat Lunam
esse in signo frigido & sicco: vt in
Tauro, vel Virgine, non autem in Ca-
pricorno: quia est signum retrogra-
dum, & de confectionibus. Similiter
de festinatione intelligendum est, si-
cut prius suo modo est dictum de iu-
uamine

uamine virtutis attractiuæ. Et qui vult confortare virtutem digestiuam, eligat, quòd Luna sit in signo calido, & humido, vt in Geminis, & in prima medietate Libræ, & in Aquario, & de confectionibus similiter: & festinatione intelligendum est suo modo, sicut prius. Similiter qui vult confortare virtutem expulsiuam, eligat Lunã esse in signo frigido, & humido, vt in Cancro, Scorpione, & Piscibus, & similiter de confectionibus, & festinatione sub propria constellatione iuuante. Et operandum est per doctum medicum: & sic est finis primi capituli quartæ Differentiæ.

ARGVMENTVM.

Secundum capitulum quartæ Differentiæ, qualiter humores superflui & damnosi corporis humani sunt purgandi per aspectum ad Planetas influentes super humores Planetas debilitando, & signa fortificando, vt Mars super cholera: Iupiter super sanguine, & sic de alijs.

Cap.

CAPIT. II.



Vmores ſuperflui corporis humani ſunt humores decidentes à temperamento naturæ,& illi humores inducunt infirmitates, & quandoque mortem: ideo expedit prudenti medico, purgare exceſſum illorum humorum,& reducere ad debitum temperamentum. Et nota quoddam capitulum poſitum ſuperius, in quo agitur de ſeptem Planetis influen. ſuper varios humores,& varias ægritudines.

Notandum igitur ad propoſitum, quòd Saturnus influit generaliter ſuper melancholiam, & Mars generaliter ſuper choleram: ſicut Luna ſuper phlegma. Cùm igitur volueris humorem melancholicum purgare à corpore humano, facias quòd Saturnus ſit debilis in Cælo hora illa qua propinatur medicina, videlicet quòd Saturnus non ſit in angulis: quia eius virtus

forti

fortificaretur,& retineret illũ humorem in corpore, & ipſum fortificaret, & per conſequens diſponit ipſum, vt vincat medicinas, ſit itaque Saturnus cadens ab angulis, vt eius fortitudo debilitetur,nec ſit hora Saturni: quia eius virtus augmentaretur, & quando eſt debilis in Cælo non habebit virtutem retinendi humorem, & citius expelletur,eligas ergo horam Iouis, aut Veneris,quia illi Planetæ ſunt oppoſitarum virtutum, & quòd Iupiter, vel Venus ſint fortes in Cælo:& pari forma dicendum eſt de Marte, qui influit ſuper choleram, cum volueris purgare choleram, eligas, quòd Mars ſit in domo caden. & non ſit eius hora: ſed hora alicuius boni Planetæ. Et circa hæc generaliter cõſiderandum, quòd in omni euacuatione, videlicet cuiuſcunque humoris ſemper vitandæ ſunt horæ maleuolorum Planetarum, Saturni, videlicet, & Martis. Et genera-

liter vitanda eſt fortitudo eorum in Cælo,in omni opere medicinali laxatiuo , & ſic ſuo modo dicendum eſt in aliis Planetis ſuper alios humores vim influendi habētibus. Specialius tamen conſiderandum , quòd quia Saturnus aſsimilatur ſpleni exiſten. frigidæ , & ſiccæ complexionis in hora ipſius , aut ipſo fortificato in Cælo , malum eſt purgare ſplenem. Iupiter eſt calidæ,& humidæ complexionis, & aſsimilatur hepati , & ideo in horis ipſius , & ipſo fortificato malum eſt purgare hepar: ſed bonum eſt purgare ſplenem. Mars eſt calidæ,& ſiccæ complexionis, & ei aſsimilatur fel,& renes, & ideo in horis eius & ipſo fortificato in Cælo malum eſt purgare fel,& renes.habet autem caliditatem , & ſiccitatem deſtructiuam. Sol eſt calidæ & ſiccæ complexionis temperatè,quia habet caliditatem , & ſiccitatem conſeruatiuam , & nutritiuam , & aſsimilatur ei cor : &

ideo

ideo in hora eius,& ipſo in Cælo fortificato,malum eſt purgare cor:ſed alia membra bene poſſunt purgari.

Et nota hîc, quòd Sole exiſtente in fortitudine virtutis influentiæ, vt in aſcenden. vel in angulo medii Cæli, vel in angulo terræ, bonum eſt dare medicinam cordialem cordis confortatiuam:non tamen purgatiuam:& in iſto correlario aperitur magna doctrina miniſtrationis medicinalium, & rerum operabilium, præſuppoſita ſcientia Aſtrorum. Caue etiã in opere laxatiuo,ne Leo domus Solis, ſit aſcendens, eò quòd moueret medicinam ad nauſeam,& vomicam diſpoſitionem. Venus eſt humidæ et benignæ complexionis: & influit in teſticulis: & ideo in hora eius,& ipſo fortificato in Cælo, malum eſt purgare teſticulos. Luna eſt frigidæ, & humidæ influentiæ, & influit ſuper cerebro: & ideo in hora eius, & ipſa fortificata in

Cælo malum eſt purgare cerebrum.
Mercurius eſt frigidæ, & conuertibi-
lis naturæ, & influit ſuper pulmonem:
Ideo in hora eius, & ipſo fortificato
in Cælo, malum eſt purgare pulmo-
nem, & incipere applicationem medi-
cinæ ad membrum: ſed licet quando-
que in horis ipſorum, & ipſis fortifi-
catis in Cælo parare, & diſponere hu-
morem ad expulſionem, vel etiam pa-
rare, & diſponere ad medicinam, niſi
horis Martis, vel Saturni.

Conſidera autem iuxta prædicta,
quòd quanuis dictum ſit, quòd male-
uolorum Planetarum influentia, &
fortitudo eorum in Cælo vitanda ſit.
Attamen aduertere debemus ſenten-
tiam ſapientis Ptolem. principis ſcien
tiæ Aſtrorum. Qui fuit in Aſtrono-
mia, ſicut Ariſto. in Philoſophia, Hip
pocrat. in Medicina, Hector in armis,
Salomon in moralibus, volentis, quòd
conſiderare debemus infortunã, vtrũ
ne

ne fuerit domina natiuitatis, aut ſaltem notabile dominium habuerit ſuper natiuitatem illius, qui recipere debet medicinam. Nam illi talis infortuna, ſeu maleuolus Planeta prodeſſe poſſet: vbi aliis nocumentum inferret. mali enim iuuant ſuos, vt ſupra tactũ eſt, ait enim Ptolem. in Centiloquio, verbo decimo, ſic ad literam: Vti oportet infortuniis in electionibus, ſicut periti medici vtuntur venenoſis, ſecũdum competentem quantitatem. Et vult Haly in commento, quòd docti Aſtrologi nõ ſolùm aſpiciunt ad fortunas in electionibus: ſed primô aſpiciunt ad naturam illius, cui eligunt, & rei, pro qua fit electio. & ſi natiuitas nota fuerit, ſufficit illis, & fortem faciunt ſignificatorem, ſiue fortuna fuerit, ſiue infortuna. Si verò ignota fuerit natiuitas, inſpiciunt ad naturam, & ad mores illius pro quo eligunt, & fortificant illum Planetam, qui aſsimila-

tur illi naturæ,& moribus, siue sit infortuna, siue fortuna. Et aſsimilauit Ptolem. infortunas speciebus acutis, quæ sunt quasi venenum, cuiusmodi sunt medicinæ quarti grad. vtputa euphorbium,& sic de aliis. Quibus prudens Physicus vtitur in quibusdã corporibus in competenti quãtitate propter virtutem earum penetratiuam ad membra longinqua purganda, aut alia quauis rationabili occaſione: sic prudens Aſtrologus vtitur in fortunis secundum quãtitatem eſſe earum, dando videlicet eis quantitatem fortitudinis idoneam. Prædictis generaliter eſt anneƈtendum, quòd Planetæ secundum se conſiderati, diuerſimodè influunt super opus laxationis. Saturnus nanque impedit operationem medicinæ. Iupiter inducit nauſeam, si sit supra terram. Mars quoque ducit vſq; ad emiſsionem ſanguinis. Sol quandoque eſt bonus, quandoque malus. Ve-

nus eſt amicabilis. Mercurius eſt indifferens. Multum tamen prodeſt Mercurius, ſi ſit ſub terra: trahit enim, & inclinat humores corporis ad deſcenſum. Habent quoque Planetæ influentias ſecũdum earum naturas proprias ſuper ſpecialibus membris, & humoribus.

Vnde Saturnus habet aurem dextram, ſplenem, veſicam, melancholiam cum participatione phlegmatis acris.

Iupiter habet tactum, pulmonem, coſtas, cartilagines, & ſperma, cum ſanguine.

Mars habet ſiniſtram aurem cum Ioue participe, choleram, renunculos, venas, teſticulos: & vt vult Albumazar, hepar cum Ioue.

Sol cerebrum, medullam, viſum, cor, neruos, & in omnibus membris partis dextræ participationẽ aſſumit.

Venus habet odoratum, & ſperma cum Ioue, nucham, ſpinam, nates, lum

bos,pulmonem, matricem, vuluam cũ Luna hepar,carnem,pinguedinem.

Mercurius habet locutionem,deliberationem, memoriam, linguam, & vt vult Ptolem. fel, atque nates.

Luna habet gustum, deglutionem, stomachum, ventrem mulierum pudenda. Participationem in omnibus membris sinistræ partis. horum Planetarum incommoda, siue morbi in hoc ipso tractatu,Cap.v. Differentiæ III. recitantur.

Habent insuper Planetæ influentiam super specialibus membris ratione existentiæ eorum in signis,vt in Ariete, Saturnus habet pectus, Iupiter ventrem,Mars caput,Sol fæmora, Venus pedes, Mercurius crura, Luna genua.

In Tauro,Saturnus habet ventrem, Iupiter dorsum, Mars collum, Sol genua, Venus caput, Mercurius pedes, Luna crura.

In Geminis, Saturnus ventrem, Iupiter verenda, & que ſuccedunt, Mars pectus, Sol crura & cauillas, Venus collum, Mercurius caput, Luna fæmora.

In Cancro, Saturnus virilia, & eis ſuccedentia, Iupiter fæmora, Mars pectus. Sol pedes, Venus brachia & humeros, Mercurius oculos, Luna caput.

In Leone, Saturnus verenda, & eis ſuccedentia, Iupiter fæmora, & genua, Mars ventrem, Sol caput, Venus cor, Mercurius humeros & guttur, Luna collum.

In Virgine, Saturnus pedes, Iupiter genua, & ſuccedentia, Mars ventrem, & verenda, Sol collum, Venus ſtomachum, & ventrem, Mercurius cor, Luna humeros.

In Libra, Saturnus genua, & ſuccedentia, Iupiter oculos & ſuccedentia, Mars verenda & ſuccedentia, Sol humeros, Venus caput, Mercurius ventrem, Luna cor.

In Scorpione, Saturnus cauillas, & ſuccedentia, Iupiter pedes & caput, Mars brachia & fæmora, Sol cor, Venus verenda & ſuccedentia, Mercurius dorſum, Luna ventrem.

In Sagittario, Saturnus pedes, Iupiter crura, & caput, Mars pedes & manus. Sol vẽtrem, Venus fæmora & brachia, Mercurius verenda & cor, Luna dorſum.

In Capricorno, Saturnus caput & pedes, Iupiter genua & oculos, Mars crura & humeros, Sol dorſum, Venus fæmora & cor, Mercurius verenda, & ſuccedentia, Luna fæmora, & verendorum ſuccedentia.

In Aquario, Saturnus caput, & collum, Iupiter humeros, pectus & pedes, Mars cauillas & cor, Sol verenda, & ſuccedentia, Venus genua, & ſuccedentia, Mercurius fæmora & cor, Luna verenda.

In Piſcibus, Saturnus, humeros, brachia

chia & collum, Iupiter cor & caput, Marscauillas & ventrem, Sol fæmora & ſuccedentia, Venus dorſum & collum, Mercurius crura & verenda, Luna fæmora & eorum ſuccedentia.

Iuxta hanc materiam conſideratur, quòd potentior cæteris paribus, eſt influentia Planetarum in ſignis ſupra membra hominis, quàm in domibus: ſed quia nunc dictum eſt in generali de influentiis Planetarum inter ſe con ſideratorum, quas habent ſuper opere medicinali laxatiuo, & ſupra membra humana, & ſimiliter dictum eſt de vir tute eorum, quam habent in ſigno ſuper membra humana. Nunc dicendum eſt de influentiis eorum in ſpeciali, quas habent ſuper eodem opere medicinali laxatiuo. Prout ſibi inuicem coniunguntur, & quas habent exi ſtentes ſub diuerſis ſignis. Prænotandum igitur, quòd non ſimiliter ſe habent Planetæ per comparationem ad

humo

humores noſtri corporis euacuãdum, ſicut & ſigna Cæli: nam vt ſupra patuit, in euacuando humorem vitanda erat influentia, & fortitudo Planetæ ſymbolum habentis, vel virtutem influendi ſuper talem humorem. Secus autem de ſignis: nam in euacuando humorem aliquem eligendum eſt ſignũ ſymbolum habens cum illo humore: ita quòd tale vel ſit aſcenden. vel quòd Luna ſit ſub ipſo. Dempto vt prædictum eſt Leone, cui annectitur Capricor. eſt enim vt ſupra tactum fuit, Capricor. odioſus. Demptis quoque ſignis ruminantibus, cuiuſmodi ſunt Aries, Taurus, & Capricornus, & nec ſub ipſis ſimiliter, nec ſub Leone, nec Capricorno ſint Luna, nec etiam dominus aſcenden. dempta rurſus medietate vltima Libræ computando à 19. grad. eius quæ vocatur via combuſta. Demptis etiam tribus primis gradibus ſigni Scorpionis, quia Luna illic,

&

& maximè in tertio gradu Scorpionis infortunatur, quia est casus eius, quia oppositũ suæ exaltationis, quod est 3. grad. Tauri. Iuxta quod est notandum, quòd gradus, qui est præcisus casus alicuius Planetæ infortunat semper gradum præcedentem immediatè: & gradum immediatè sequen. quia illi multum sapiunt naturam illius, qui est casus: hinc est, quòd etiam quartus gradus Scorpionis vitandus est. Circa quod considerandum est, quòd Planeta existens sub aliquo grad. siue fortunato, siue sub non fortunato, sicut tactum est, sapit naturam & illius, qui immediatè præcedit, & illius, qui immediatè sequitur. Plus tamen sapit naturam illius, qui immediatè sequitur; quia ad illum se applicat: & ab illo, qui præcedit, recedit. modò, vt supra patuit, applicatio fortior est, quàm recessus. Vnde considera, quòd si esset possibile oculum esse in centro terræ,

videret per centrum corporis Planetæ ad grad.9.ſphæræ, quia iſto modo ſumuntur noſtræ calculationes ſimiliter,& domorum Cæli compoſitiones ſumuntur penes nonam ſphæram.

Nota quoq; hîc de grad. aſcenden. in quocunque climate, quòd ſi veniat finis ſigni,vt ſupra 30. grad. Aquarii. Ponitur primus grad. Piſcis, pro initio aſcenden.in faciendo figuram Cæli, licet non debeat ſic fieri, quo ad alios gradus Cæli. Cauſa primi eſt duplex. Prima eſt cauſa, quæ tacta eſt: quia gradus poſitus in medio aliquorum,licet ſapiat tam præceden. quâm ſequen.naturam,magis tamen ſequentis. Secunda, quia ſi caperetur vltimus gradus Aquarii pro initio Piſcium, tunc illud ſignum Aquarii paucum vigorem haberet in illa domo, & tamen oporteret dominum aſcenden. ſumere penes Aquarium: ſed quando initium ſigni Piſcis ponitur pro initio,

tunc

tunc totum illud ſignum eſt vnius, & vniformis dominii, & ſic dominus aſcenden. & cætera faciliter, & vniformiter ſecundum ipſum poſſunt inueniri, ex his faciliter patet cauſa ſecũdi.

Nota itaque conſequenter pro purgatione quo ad ſigna, quòd ad citò purgandum ægritudines recentes triplicitas aquea eſt vtilis, & maximè Luna exiſtente in Piſcibus, ad antiquas verò triplicitas terrea eſt opportuna, dempto ſemper Capricor. & plus in hoc valet Taurus, & Luna ſub eo: & Luna ſit ſalua ab infortunis, & in aliquo angulorum, vt ſit fortior, & caue ab appropinquatione Lunæ cum Saturno, quia ſignificat ſemper elongationem & tarditatem in rebus. Conſiderandum igitur ſpecialiter, quòd in figura Cæli facta ſuper hora ſumptionis ipſius pharmaci, id eſt, medicinæ laxatiuæ, principaliter cõſiderare debemus duos Planetas, ſcilicet dominũ

aſcend

aſcenden. & Lunam: Hoc notat Ptolemæus in Centiloquio, verbo 21. ſic inquiens. Purgatorium accipe Luna in Scorpione, vel in Piſcibus domino aſcenden. coniuncto Planetæ, qui fuerit ſub terra laudabili, ſi verò coniunctus fuerit dominus aſcenden. Planetæ exiſten. in medio Cæli patietur nauſeam, & vomet medicinam, nec in ea morabitur. Et vult Haly in commento, quòd intelligitur verbum de tota triplicitate aquea, & ibi reddit cauſam Aphoriſmi: quia domino aſcenden. coniuncto Planetæ, qui fuerit ſub terra humiditates ſuperfluæ membrorũ obſtan. fortitudini eorum trahuntur ad inferiores partes corporis, & oppoſito modo fit, ſi ſupra terram ſit. Et nota, quòd fortius eſt in hac re, ſi dominus aſcenden. corporaliter fuerit ſub terra pro actu laxatiuo: aut ſi corporaliter fuerit ſupra terram pro inductione nauſeæ, & diſpoſitionis vomicæ.

micæ. Item in eodem Centiloquio, verbo 19. ſic ait Ptolem. ſi quis purgatorium acceperit Luna cum Ioue exiſtente abbreuiatur opus eius, & effectus eius minuetur, cuius cauſam reddit Haly commentator ibidem in cómento ſic: quia effectus medicinæ non eſt naturalis corpori, ſed attrahit humores ſuperando plures virtutes: cùm igitur natura fortior fuerit ipſa medicina, prohibebit effectum eius, ſed Iupiter confortat naturam coniunctus Lunæ: igitur & cæt. Et ampliari poteſt ſententia Ptolem. ad exiſtentiam Lunæ cum Venere: quia quando Luna eſt cum Venere, etiam non eſt ſumendum pharmacum, licet fortius ſit de Ioue. Et ratio vtriuſque ſimul poteſt eſſe hæc, quia ex quo Luna eſt humidæ complexionis: ideo ratione coniunctionis eius cum Ioue, aut Venere, qui ſunt Planetæ humidi, membra nimium humida redduntur, & per

consequens ad fluxum nimis excessiuè procliuia.& per consequens medicina maximè ratione humiditatis Veneris nimium duceret. & similiter ratione fortitudinis Iouis, similiter humiditatis eius, Luna enim coniuncta Ioui adeò naturam confortat, vt quòd medicina non possit vincere naturam: cũ tamen de ratione medicinæ laxatiuæ sit, quòd naturam vincat. Consulunt attamen aliqui, quòd Luna existente cum Ioue, non dentur medicinæ laxatiuæ integra dosi. Sed fortasse si necessitas esset decima, aut duodecima pars eius, & illud de facto visum est per experientiam in quodam ægro, qui cepit facilem medicinam, aliàs per eundem receptam, & ductus fuit per ipsam vsque ad vltimum ferè potentiæ suæ naturæ, & vsque ad mortis periculum: & hoc est intelligendum, quicquid Haly commentator dicit ad verbum Ptolem. dicitur, quòd intelligitur,

gitur,& effectus eius, scilicet sanitatis minuetur:fortius quoque vitandæ essent dictæ cōiunctiones Luna existente recepta à fortuna, & domino ipsius Lunæ respicien.eam à tertio vel sextili:et maximè caue,ne Luna sit in Leone,in dando pharmacum,& ne Leo sit ascen.& intellige illud, quod dictum est de coniunctione corporali,aut saltem de applicatione ad cōiunctionem corporalem ipsius Lunæ ad Iouem, vel Venerem, & non de aspectu ipsius Lunæ ad illos duos Planetas,imò aspectus Lunæ ad Iouem, & maximè ad Venerem,est valde bonus ad opus laxationis,& bonum est in opere laxatiuo, quòd sit dominus ascenden.potens fortunatus Orientalis in angulo rectificatus. His duobus significatoribus adde cum ipsis fortunas in signo membri,à quo vis euacuare: & fortificetur illud signum, quantùm poterit: & si fortuna posita in illo signo respicien.

membrum habeat in tali ſigno influen tiam ſupra illud membrum, erit præſtantius,& apta dominum quartæ domus, & pone Lunam vel dominum aſcenden. in ſigno materiæ euacuandæ ſemper fortificando eos:& caue ne illi duo ſignificatores ſint in aſcenden. nec in ſigno ruminatiuo,quia euomeretur medicina, antequam operaretur: & per conſequens ſi velles facere vomere & purgare partẽ ſuperiorem ſtomachi, elige alterum ſignificatorum dictorum in aſcenden. vel in ſignis ruminantibus, vel in Cæli medio:& caue, inquantum potes, ne iſti ſignificatores ſint cadentes,nec retrogradi,nec combuſti,nec ſub radiis Solis, vel aliâs infortunati, vt pro calida materia euacuanda, pone eam in calido ſigno,& pro humida in humido,& pro melancholia euacuanda applicetur Luna Ioui, pro cholera Veneri, pro phlegmate Soli: nec applicatur

Luna,

Luna, vel dominus aſcenden. Planetæ retrogrado: & ſi medicina eſt potio, melior eſt Scorpio. Si electuar. Cancer. Si pilulæ Piſces: non ſit Luna, vel dominus aſcenden. vel pars fortunæ in quarta domo, nec in octaua, nec in cadenti, aut infortunati, aut infortuna, niſi ſicut dictum eſt, illa infortuna ſit dominus natiuitatis: non etiam ſit dominus domus mortis in aliquo angulorum, & præſertim in aſcenden. nec commiſtionẽ habeat cum aliquo ſignificatorum, nec habeat magnam poteſtatẽ hora ſumptionis medicinæ.

Et quia dictum eſt de medicinis laxatiuis, videre reſtat de reſtrictiuis: pro quo notanda ſunt ſequentia, quòd videlicet Luna ſit in gradu ſuæ exaltationis iuncta Ioui per corpus, aut applicans ei ex radiis: ſit quoque tam Luna, quàm Planeta, cui ipſa Luna applicat de tardo curſu, non tamen ſit retrogradus ille Planeta, cui Luna ap-

plicat: & si isti duo sint accedentes ad Septentrionem, præstabilius erit: caue à Venere, & Marte, & quo ad signa, bona est triplicitas terrea dempto Capricorno, & vtilior est Taurus, & competens est Aquarius. Quia si medicina debeat sumi pro vomitu, elige signa ruminantia, & Cancrum tam ascendentia, quàm Luna existen. sub ipsis, & quòd dominus ascenden. sit in Cæli medio: & si iret ad suã exaltationem. esset præstabilius: aptaq; signum membri. Vnde aptare signum, est eligere, quòd illud veniat ad bonam domum Cæli: & si bonus Planeta sit in illo signo, aut domo, aut saltem aspiciens, tantò melius, & ad gargarizandum eligatur ascenden. Aries, vel Cancer, vel Luna sub aliquo illorum signorum, sit Luna salua ab infortuniis, sed de clysteribus, considera, quòd Luna sit in prima medietate Libræ, vsque ad 19. grad. vel in Scorpione, demptis

quat

quatuor primis gradibus, & dominus aſcenden. non habeat aſpectum ad dominum domus ſextæ, habeat tamen Luna aſpectum, vel dominus aſcēden. ad Venerem eam aſpiciendo ſextili, vel trino aſpectu, hoc iuuabit, & plus valet aſpectus Lunæ ad Venerē, quàm ad Iouem, & elige, ſi poſsis in his operationibus, quòd Luna ſit recepta à fortuna, aut ſaltem ab infortuniis libera: non tamen ſit coniuncta corporaliter Ioui, vel Veneri: quia abbreuiaretur opus Medicinæ cum malo effectu nimis laxando, & debilitando corpus, & extrahendo æquè bonos humores à corpore, ſicut malos: & iſta eadem eſt cauſa dictorum de cōiunctionibus eorum ſupra in paſſu, vbi determinabatur de medicinis laxatiuis.

ARGVMENTVM.

Tertium capitulum quartæ Differentiæ, qualiter totum corpus humanum corruptibile habet aſpectum ad Cælum, & quælibet eius pars: &

in curis ordinandis poteſt conſiderari certa ordinatio Cæli, vt facilius cura acquiratur, ſi cura per artem ſit poßibilis.

CAPIT. III.



Otum corpus humanũ ſubiicitur Cælo, corpus humanũ corruptibile ponitur hîc ad differentiam corporum humanorum glorificatorum, qui nullo modo ſubiacent Cælo, nec ſuis influentiis, ſicut ſunt corpora ſanctorum: ſed iſta noſtra corpora, quæ ſunt inferius ſubiiciuntur Cælo, teſte ſancto Thoma de Aquino, in ſumma contra gentiles, ſic dicente. Corpus humanum ſubiicitur Cælo: intellectus verô noſter ſubiicitur Angelis: voluntas noſtra non ſubiicitur niſi ſoli Deo: & omnia hæc ſubiiciuntur Deo. Nunc igitur videndum eſt, qualiter corpus noſtrum, & per quam formam ſubiicitur Cælo: & circa hoc in kalendariis antiquis: ſpeculatiui antiqui depinxerunt hominẽ

nudũ,

nudum, qui ſuper habet Arietem, in collo Taurum, in brachiis duos Gemi nos: in parte ſuperiori pectoris Cancrum, contra ſtomachum & cor Leonem, in parte ſuperiori ventris ſignũ Virginis, in parte inferiori ventris, deſcendendo vſque ad pudenda: ſignũ Libræ, in membris generatiuis, ſcilicet in pudendis Scorpion. in coxis Sagittarium, in genibus Capricornum, in tibiis Aquarium, in pedibus ſignũ Piſciũ, & ratio iſtius eſt, quia ſignum Arietis influit in capite hominis, & omnium animalium, Taurus in collo, & ſic de aliis deſcendendo vſque ad finem ſignorum. Vnde dicit Alkabicius, quòd Aries habet corpus, & faciem, Taurus collum, & gutturis nodum, Gemini humeros & brachia, & manus, Cancer pectus, cor, ſtomachũ, coſtas, ſplenem, & pulmonem. Leo ſto machum, cor, latus, & dorſum. Virgo ventrem, anteriora, telas, & inteſtina.

Libra lumbos,& inferiora ventris,vm bilicum, pectinem, Scorpio verenda, testiculos, vesicam, anum, Sagittarius fæmora, Capricornus genua, Aquarius tibias, vsque ad inferiora cauillarum, Pisces pedes:& idem ordo potest directè attendi in infirmitatibus penes domos dando caput,& faciē ascendenti,& sic de singulis.

Proportionatis itaque cælestibus signis ad mēbra nostri corporis procedendum est ad curam ipsorum,& totius humani corporis, aspice in omni tempore curationis ad locum morbi in corpore. quòd si fuerit ægritudo in aliquo illorum trium membrorum: puta vel in capite, gutture, aut pectore superiori: cura eam cùm Luna fuerit in vno illorum trium signorum: puta in Ariete, necnon in Tauro, aut Geminis, quæ est pars superior.& si fuerit in parte secūda corporis, scilicet à spatulis vsque ad vmbi-

licum: cura ſimiliter eam cùm Luna fuerit in Cancro, vel in Leone, vel in Virgine,& eſt hæc pars media. Si fuerit ægritudo in parte inferiori corporis, videlicet ab vmbilico, vſque ad genua, tam antè, quàm retrò cura eam etiam, vel Luna exiſtente in Libra, vel in Scorpione, vel in Sagittario. Et ſi fuerit morbus à genu vſque ad pedes, ſit ſimiliter Luna, vel in Capricorno, vel Aquario, vel in Piſcibus: & exquiſitius eſſet, ſi Luna eſſet in membro reſpiciente diſtinctè membrum curan dum, vel ſaltem ſit tale ſignum aſcendens, vt ſi velis caput curare, ſit Luna in Ariete, vel ſaltem Aries aſcendat: ſed ſicut ſupra dictum eſt, non ſit Luna in aſcenden. quoniam ibi infortunatur:& ſcias, quòd omnis ægritudo, & dolor exiſtens à capite vſque ad pectinem, debet curari Luna exiſtente inter angulum terræ,& medium Cæli, quæ pars dicitur aſcendens, & pars

alta

alta Cæli: & ſi fuerit à pectine vſque ad inferiorem partem pedis, curabis cùm Luna fuerit inter decimam domum, & angulum terræ, quæ eſt pars inferior circuli, & ſic in aliis ægritudinibus, & ſit Luna iuncta fortunæ, aucta lumine & numero, ab infortuniis ſalua, & in angulo præterquam in aſcenden. & ſic in aſcenden. fortuna aſcenden. quia ſignificabit curam. Et caueas in omni curatiõe ab hora Martis, & eius influentia, & ne Luna, vel dominus aſcenden. iungatur ei, & præſertim ne Luna iungatur ei in ſignis terreis vel igneis: & ne Luna, vel dominus aſcenden. aſpiciant eam malo aſpectu, maximè in cremento Lunæ, & in cura oculorum & capitis, & pone Iouem fortunatum in aſcenden. vel in 11. 10. vel 9. & ſi vis curare faſcinatum, vel maleficiatum, vel dæmoniacum ſit Mercurius in ſuo Termino, vel in aliis dignitatibus: & ſic multùm valet, ſi eſ-
ſet

ſet Mercurius in primis ſeptem gradibus Virginis, quia eſſet in ſua domo, & ſuis Terminis. Aliundè tamen non ſit impeditus: intelligendum quoque, quòd melius eſſet, quòd Luna eſſet in principio inceptionis curæ in ſigno mobili, aut communi, quàm fixo: quia ſi eſt ſignum fixum, protendit curæ prolixitatem: & inter fixa plus vitandus eſt Leo, & acceptabilior Taurus, imò, vt ſupra patuit, in ægritudinibus antiquis, & fixè radicatis omninò eligendus eſt Taurus. Inter quoque mobilia plus vitandus eſt Capricornus: & ne mireris, ſi plus in donationibus laxatiuarum medicinarum, & aliis medicinæ operibus attendamus exiſtentiam Lunæ in Cælo, quàm alterius Planetæ: ipſa enim cælorum eſt nuncia. Hîc enim annectendum eſt, quòd ſicut ſupra dictum eſt, quòd ſigna cæleſtia reſpiciunt naturali quodam reſpectu membra noſtri corporis: ita

eadem

eadem ſigna, & ſtellæ eis inſitæ influunt etiam ſupra medicinas, tam ſimplices, quàm compoſitas illis membris debitas, & ab eiſdem euacuatis. Verbi gratia, ſtellæ quæ habent influentiam ſupra caput, collum, & pectus hominis, ſicut ſunt ſtellæ Arietis, & Tauri, & Geminorum influunt ſingulariter ſupra hierampicram: ideo ipſa habet vim ſingularem imperio creatoris, à capite, collo, & pectore, & non ab inferioribus membris: & hoc exemplum eſt pro medicinis compoſitis. Similiter pro capite eſt dicendum de illa ſimplici medicina, puta aloë, & myrobalani. & à pectore ſimili ratione euacuat hoc compoſitum medicamen, puta diaſenæ: & iſtud ſimplex puta agaricus, quia ſpecialem influentiam ſuper compoſitione, & generatione eorum habuerunt ſtellæ Cancri, Leonis, & Virginis. Pari ratione à ſtomacho illud euacuat cõpoſitum medicamen,

puta diairis: & iſtud ſimplex, ſcilicet caſia fiſtula, & ſimiliter myrobalani, ſcilicet ratione ſtellarum Cācri, Leonis, & Virginis, ſimili de cauſa, ſimiliq́ue modo euacuat ab hepate hoc compoſitum medicamen electuarium de ſucco roſar. & illud ſimplex, ſcilicet fumus terræ, ſcilicet ratione influentiæ principaliter Virginis, & principii Libræ. eodem etiam modo euacuat à ſplene, illud compoſitum medicamen pilulæ, inde vel etiam diaſenæ, & illud ſimplex, ſcilicet ſenæ, vel etiam fumus terræ, ſcilicet ipſe finis Virginis, & principii Libræ. eademq́; ratione ſuo modo ipſis renibus appropriatur hoc compoſitum medicamen, puta benedicta, & illud ſimplex, puta ſapifragia, ratione influentiæ Libræ, & Scorpionis, matrici. Etiam ſimili modo appropriatur hoc compoſitum medicamen, ſcilicet benedicta: & illud ſimplex, puta colocynthis, ſcilicet Libræ, & Scor-

pion

pionis. Iunćturæ autem ſimili ratione conuenit hoc medicamen compoſitum, ſcilicet electuariũ de ſucco roſa. vel etiam benedićta: & hoc ſimplex, ſcilicet hermodactili, vel etiam colocynthis, colocynthis quoque, & hermodactili, propter influentiam ſtellarum conſtituentium ſignum Piſcium virtutem habent purgandi pedes, & habet ſupra iunćturas maximam influentiam Capricornus, & poſt Aquarius, & poſt Piſces. Conſiderandum attamen circa nunc dicta, quòd multùm conferunt diſpoſitiones qualitatum medicinarum ad opera euacuationum, hinc eſt, quòd ad euacuãdum à iunćturis, quæ ſunt loca multum remota à ſtomacho & aliis principalibus membris, neceſſariæ ſunt medicinæ fortes, vt virtus earum in via ratione caloris naturalis non conſumatur, & oportet eas eſſe ſubtiles, & acutas, vt virtus earum ad profunda corporũ

porum loca queant penetrare, maximè quia loca iuncturalia ſunt neruoſa, & per conſequens denſæ compaginis. Admiratione quoque dignum rationabiliter exiſtit, vnde tam admirabilis vis exiſtat tam medicinis, quàm ſtellis: medicinis, ſcilicet paſsiuè, & ſtellis actiuè: ſed hæc omni ſemoto hæſitationis ſcrutinio, â ſummo omniũ rerum conditore, ac Creatore ipſiuſq; potenti, & omni perfectione digno Imperio profluit, & dependet: & non ſolùm hæc vis mero ſubiecta iure naturali: ſed & omnium virium tam ſenſibilium, quàm intellectualium cunctarumq; rerum totius naturæ ſubiecta vultui eius ineffabili bonitate dependet multimodè: ordine quoque, & nexu nobis incomprehenſibili extat connexura ipſi ſummo bono, quod Deus exiſtit, velut origini ſimul, & fini lege innititur naturali. iuxta dictũ Boëticum in de Philoſophico conſo-

latu libr. 3. metro. 3. Repetunt proprios quæq; recursus, redituq; suo singula gaudent, nec manet vlli traditus ordo: nisi quòd fini iunxerit ortum, stabilemq́; sui fecerit orbem. Et quia supra dictum est, quòd corpus humanum habet ordinem ad influentiam signorum: vt influentia Arietis supra caput: & sic de singulis. prætermittendum nō est in præsenti materia, quòd etiam corpus nostrum humanum habet aspectum ad influentiam 12. domorum, vt puta caput ad ascēden. collum ad domum secundam: & sic deinceps secundum ordinem domorum, vt dictum est clarius superius. Vnde bene aduertendum est, quòd si curare velis caput, siue per medicinam laxatiuam, siue per alterationem, aut aliud, multùm congruum erit, quòd in domo respicien. caput ponatur fortuna, non aliunde impedita: & præstabilius esset, quòd Aries ascenderet, nisi quòd

vitari

vitari deberet medicina laxatiua, siue Luna esset sub eo, vel siue Aries ascenderet, quia timor esset de vomitu: & hoc est solùm ratione illius, quòd Aries est signum ruminatiuum: & sic de aliis dicendum est. quòd si velis curare collum, sit fortuna in secunda domo: & præstabilius esset si Taurus constitueret domum secundam. & sic videndum est consequenter discurrendo per alias domos: Lunam autem solùm dispone in suo signo, velut suprà tactum est. si tamen signum, in quo est Luna, constitueret domum respicientem membrum, cui membro esset medicandum tanto præstantius esset: sed tamen bene semper considera, quòd nullo modo fiat incisio in membro Luna existente in signo hoc membrũ respicien. His dictis generaliter annectendum est, quòd in omni electione, cuius effectum quis desiderat, & ad propositum intelligimus de medici-

nali electione, septem sunt consideranda. Primum est aptare, seu fortificare Planetam vincentem in natiuitate, vel saltem naturæ, & moribus eius, cui fit electio conuenientem. Secundum est aptare Planetam, qui fuit dux proximè præteritæ coniunctionis, vel oppositionis luminarium: quia ipse habet significationem super omnes, qui fiunt inter ipsa tempora media. Tertium est aptare gradum ascenden. & eius dominum. Quartum est aptare gradum vtriusque luminaris & dominum horæ: & si hæc impedita fuerint, nullum erit remedium, vt testatur Haly. sed oportebit electionem differre. Quintum est aptare domum, & Planetam significantem rem, & genus electionis, ac ipsius Planetæ vltimum receptorem. Sextum est aptare grad. medii Cæli. Septimum tandem partem fortunæ, & domũ quartam, quæ est finis rei. Vnde nota, quòd aptare

domũ,

domum, aut Planetam, nihil aliud eſt, quàm eligere tempus in quo fuit in diſpoſitione apta, & bona in ipſo Cælo.

ARGVMENTVM.

Capitulum quartum quartæ Differentiæ, de electione influentiæ Cæli; circa curam oculorum, & aurium, & de eius ſubtili ingenio.



Via in iſto capitulo tractandum eſt de influentia Cæli ſuper oculos corporis humani, & ſuper aures, & de modo medendi, & conſeruandi ſanitatem talium organorum. Primò videndum eſt oculus. oculus eſt membrum rotundum, radioſum, lucidum, ſeptem tunicis ornatum, & conſtans ex tribus humoribus, & eſt ornatum ſeptem tunicis à proprietatibus ſeptẽ Planetarum: ita quòd quælibet tunica ipſius oculi participat cum certo Planeta incipiendo à Saturno: conſequenter deſcendẽdo vſq; ad Lunam. vt poteſt patêre diſcurſu perſpectiuæ Theo

dosii. Oculus est constans ex tribus humoribus, qui sunt isti: cristallinus, quæ est sedes virtutis visiuæ, & participat cum natura aëris, humor citrinus, qui participat cum natura ignis. & humor albugineus, qui participat cum natura aquæ. Visa consideratione oculi in se, videndum est de influentia Cæli super oculum & de cura eius: considerãdum vtrum oculus patiatur ratione humoris abundãtis in cerebro descendentis ad oculum: vel quòd sit tela in ipso, vel aliqua macula, vel vesica. Si sit impedimentum ex parte humoris cerebri, purgandum est cerebrum ab illo superfluo humore per medicinam cõpetentem Luna existen. in Piscibus, vel in Ariete, vel in Tauro: & præstantius est ad hoc signum Arietis: ita tamen quòd Aries Luna existente sub eo, nõ ascendat: hoc est quòd non constituat domum primam ratione infortunii Lunæ in ascenden. & licet ratione ru-

minoſitatis Arietis aſcenden. non eſſet bene eligendum. Tamen minus malum multò eſſet, quàm ſi Luna eſſet ſub eo. Propterea conſidera iuxta ante habita, quòd præſentia Lunæ in aliquo ſigno ad opera medicinalia multò plus valet, & fortior eſt, quàm quòd ſignum aliquod nudè aſcendat: & ſic de aliis bonis Planetis dicendum eſt ſuo modo, ſcilicet de Ioue, Sôle, Venere, & Mercurio. Purgato igitur cerebro applicetur aqua, vel alia materia conueniens ad purgandum oculum magis extrinſecè, & ad confortãdum ipſum eligenda eſt Luna in Ariete, dum tamen materia non ſit coroſiua, tunc enim eligendus eſſet Taurus. Si verò ſit tela in ipſo oculo, vel aliqua macula, vel veſica, quare eſſet neceſſe ponere ferrum, vel materiam coroſiuam: videndum eſt cum magna deliberatione, & quandoque per menſem, antequam debeat cura inchoari, vt

posſit haberi competens Cæli influen
tia ad talem operationem inchoandam. Et primùm quidem eſt conſiderandum, quòd Luna ſit in Ariete, nec Aries aſcendat eò, quòd tangere membrum ferro Luna exiſtente in ſigno talis membri verendum eſt. Secundò conſiderandum, quòd Luna ſit in cremento, & velox in motu. Tertiò, quòd Luna nullam influentiam recipiat à Marte per aſpectum, vel per coniunctionem: quia magnũ damnum Mars influit oculis, & eſt damnator oculorum, & totius capitis, maximè in cremento Lunæ. Quartò perpende, ne cura oculorum inchoetur hora Martis, vel Saturui, ſed peior eſt influentia Martis. Quintò ne Mars ſit aſcenden. Cæli, vel in aſcenden. natiuitatis ægri, qui ſciret natiuitatem: quia aſcenden. habet caput. Si poſsis vltra prædicta, fac, vt pars fortunæ non ſit in quarta domo octaua nec ſexta. & ad bene eligendũ

gendum influentiam competentem ſit Luna in Cancro aſpiciens Iouem, vel Solem, vel Venerem aſpectu amicabili. Luna in Virgine, & in prima parte Libræ, & in Aquario, & ſecunda parte Piſcium, vtilis eſt poſt Taurum: non tamen ſit in fine ſignorum, quo ſunt termini malorũ, & deterior eſſet Luna in fine Piſcium propter approximationem ad Arietem, quàm in fine aliorum ſignorum dictorum. Caue etiam in omnibus medicinis tangen. oculos quacunque via, ne parẽtur ſub influentia Martis, nec quod plus eſt vaſa vitrea, in quibus medicinæ oculorum recondi debent in hora Martis, non mundetur, quia veniret fortaſſe inconueniens, vel fractio, aut inepta conſeruatio medicinæ in eiſdem: & quantò peior eſſet Mars, vt puta retrogradus, combuſtus, tantò eſſet peius. Multò natura humana ad cuſtodiam oculorum laborat: quia oculi ſunt feneſtræ ani-

mæ,per quas feneſtras videt colores & figuras. Et, vt dicit Plato, oculi participant cum cerebro in genere luminis,intellectus recipit lumen ſpirituale,& oculus lumen corporale: & oculus eſt pinguis, & lachrymoſus: eſt pinguis ratione participante cum natura cerebellari , & lachrymoſus ratione participante cum natura aquæ.

Aures ſunt membra, ſeu organa nobiliſsima, tortuoſa, concaua, ex inſtrumentis animæ, quibus ſoni, & voces diſcernunt, ſapientiæ, & ſcientiæ ſunt ſuſceptibilia dicente Ariſt. 1. Metaphyſicæ. Quia animalia auditu carentia ſunt indiſciplinabilia. circa cuius conſiderationem medicinalem per influentiam Cæli omnia, quæ dicta ſunt de adiutorio,& nocumento oculorum memoranda ſunt ad ſanationem aurium, excepta iſta differentia, quòd oculi requirunt medicinas temperatè frigidas ad eorum conſeruation

tionem, nisi in hoc, quòd aqua ardens prodest oculis, dolorem tamen infert: sed aliæ aquæ medicinales appropriatæ oculis temperatè, debent esse in calore & frigiditate, & plus participando naturam calidam, quàm frigidam. oppositum est de auribus: quia aures requirunt aquas, seu medicinas magis tendentes ad calorem, quàm ad frigiditatem pro earum conseruatione, ad curam verò oculorum, vel aurium istud capitulum simpliciter non sufficit, quo ad Cæli influentiam, sed multa sunt consideranda de his, quæ superius in aliis capitulis sunt declarata, vt verbi gratia. Si tu incipis aliquã curam oculorum, vel aurium circa coniunctionem Solis, & Lunæ, nõ nisi malè accideret: & sic de aliis conditionibus tactis.

ARGVMENTVM.

Quintum capitulum quartæ Differentiæ, de minera febrium, & de Planetis influentibus in ipsis

ipſis, & de ingenio procedendi ad curam, ſequitur in hunc modum.

CAPIT. V.

VT natura febrium, pariter & Cæli influentia in cura earum efficaciùs perſcrutari poſsint, prænotanda eſt febris diffinitio, & iſtarum hæc generalis diſtinctio. Vnde febris eſt calor naturalis mutatus in igneum. Diſtinctio quoq; generalis earum ex hac deſcriptione trahi poteſt, hoc modo. Nam ex quo febris eſt calor, vt dicit diffinitio, & ipſius nominis interpretatio. dicitur enim à ferueo ferues, vel à phos Græcé, quod eſt ignis, vel lux Latinè. Ideo ſecundum triplicem calorem noſtri corporis, triplex eſt prima diuiſio febris. Eſt enim calor ſpirituum, calor membrorum, & humorum. Febris generata per lapſum caloris ſpirituum, dicitur ephemera ab ephemeron Græcè, quod eſt nomen cuiuſdam piſcis

ſolū

ſolùm viuentis per vnum diem: quia illa febris non durat, vt plurimum vltra ſpatium vnius diei: non autem durat vltra ſpatium trium dierum, quoniam in putridam conuertitur: & cauſatur hæc ſpecies à ſupercalefactione ſpirituum, & nimio æſtu ab interiori, aut exteriori: aut interiori quidem, vt ex ira, ſumptione cibi, aut potus ſuper calefacientium: vel ex exteriori quidem, vt ex exceſsiuo exercitio, ſeu nimia mora in Sole, & ex aliis indebitis adminiſtrationibus rerum non naturalium ſupercalefacientium: & ſicut hæc febris, ex facili plerunque cauſatur, curatur ita facili, & ſubito remedio, puta per ſimpliciter infrigidantia, poteſt curari: Febris verò generata à ſupercalefactione membrorum, dicitur hectica, & eſt illa inter omnes ſpecies febrium lentiſsima, eiſq; diuturnior. Primum patet eò, quòd ipſa eſt habitualis facta, & æqualis ferè in gra

du

du ipſi calori membrorum, & per con ſequens lentè affligit ipſa membra, & ferè inſenſibiliter ipſa lædit: cuius cau ſa eſt, quia dolor eſt ſenſus rei contrariæ, ſenſus autem non cauſatur niſi per actionem vnius contrariæ qualitatis in alteram, ab æqualibus autem non fit actio. Sed actio fit à qualitate prædominante, quia igitur innaturalis febris, & calor hecticæ febris, parum dominatur calori membrorũ, ſequitur, quòd paucam actionem faciat: quare &c. Procedit tamen hæc febris ſemper extenuando patientem ipſum, & abſumendo membrorum, humidum, ſcilicet rorale, cambiale, & glutinoſum. & ſic tres ſunt ſpecies ipſius febris hecticæ. Prima quæ cauſatur per conſumptionem humidi roralis, quòd humidum rorale dicitur reſudare à mẽbris arorans ea. Secunda cauſatur per conſumptionem humidi cambialis, quod ſic dicitur eò, quòd immediatiſsi

tiſsimè aptum eſt ratione aſsimilationis membrorum, quam iam acquiſiuit ratione caloris membrorũ: aptum inquam ad hoc, vt in ſubſtantia membrorum conuertatur. Tertia cauſatur ex conſumptione humidi glutinoſi, quod eſt humidum actu continuans ipſa membra. Ex his prima harum facilioris eſt curæ aliis duabus, difficilioris tamen cognitionis, & ſecunda difficilis eſt curæ, facilioris tamen quàm tertia. Tertia verò difficillimæ eſt curationis eò, quòd nimium ſubſtantiæ membrorum eſt inhabituata, & eidem ferè coæqualis facta. & hæc febris, licet hectica à Medicis vocatur febris facta ratione nunc dicta & eò, quòd non dependet à continuatione delegationis cauſarum ipſius ab aliqua minera. Febris autem cauſata à ſupercalefactione innaturali humorũ dicitur putrida eò, quòd reſidet in capinoſis, id eſt, fœtidis humoribus de-

lega

legatis ab aliqua minera ipſius membri. Conſiderandum attamen, quòd ex quo febris eſt prima paſsio cordis, quòd nulla ſpecies febris cauſatur, niſi cor primò ſupercalefiat, & ſic ipſo ſupercalefacto conſequenter alia membra ſupercalefaciat: & propter hoc febris dicitur vniuerſalis. Diuerſificatur tamen hæc febris, tam quo ad materiam, quàm quo ad mineram. minera in propoſito dicitur ſedes, ſeu locus originalis alicuius humoris febrilis. quo ad materiam quidem diuerſificatur febris, ſecundum diuerſitatē quatuor humorum. Febris igitur generata ex ſupercalefactione ſanguinis eſt duplex. quædam cauſatur ſolùm ex minera ſanguinis multitudine, & vocatur ſynocha: alia ex ſanguinis putrefactione, & vocatur ſynochus. Vnde metricè ſynocha de multo, ſed ſynochus à putrefacto. & eius minera eſt plerunque hepar. Febris generata à cholera dicitur

dicitur generaliter tertiana eò, quòd affligit de tertio in tertium diem: & sic vocatur interpolata: quandoque tamen infestat continuè, & sic dicitur continua: & diuersificatur eò, quia quandoque fit ex pura cholera, & sic dicitur tertiana vera, seu pura, quæ fit in vltimo excessu caliditatis, dicitur causon à caumate, quod est incēdium: alio modo fit ex permistione alterius humoris, & præcipuè phlegmatis, & minera eius est cistis fellis, vel etiam hepar.

Febris generata à supercalefactione phlegmatis, dicitur quotidiana eò, quòd quo licet die affligit, & eius minera est stomachus eò, quòd stomachus, vt aiunt medici, est latrina phlegmatis. Febris autem generata ex supercalefactione melācholiæ dicitur quartana eò, quòd affligit de quarto in quartum diem. & diuiditur hæc species febris, secūdum diuersitatem me-

lancholiæ. Duplex enim eſt melancho lia, ſcilicet naturalis, & innaturalis. Naturalis eſt illa, quæ à principiis naturæ noſtro corpori ineſt exiſtens naturali reſidentia, & fæx ſanguinis. Alia eſt innaturalis, & illa generatur ab aduſtione vniuſcuiuſque humoris: & eſt minera quartanæ ipſius ſplen. Et nota circa dicta, quòd ægritudines generatæ à duobus calidis humoribus dicuntur acutæ: generatæ verò à frigidis humoribus, & præſertim à melancholia dicuntur chronicæ, id eſt, longæ, ſeu prolixæ. Acutæ reguntur motu Lunæ in angulis Cæli: chronicæ verò reguntur motu ſolis in eiſdem Cæli angulis, vt vult Ptolemæus, verb. 60. Centiloquii Albaharim ſanè & certè, &c. In quo verbo ſimiliter & in commento Haly oſtenditur cauſa mutationis omnium morborum curabiliũ, tam acutorum, quàm chronicorum. Vt exempli gratia, ponatur quòd in

princ

principio morbi acuti Luna fuerit in principio Arietis, tunc ſeptima dies ab ea eſt critica, cuius cauſa aſtronomica eſt: quia ſeptima die Luna venit ad ſignum Cancri, nam Luna mouetur per dies duos, & ſex horas. In vno ſigno, vel circa quod eſt oppoſitum in duabus qualitatibus ipſi Arieti, qui Aries eſt ſignum calidum & ſiccum, & Cancer eſt ſignum frigidum & humidum, & inter Arietem, & Cācrum eſt quarta pars circuli cauſans primā lineam quadrati Cæli. Et ſi Luna in loco illius quadræ Planetam fortunatum inueniat, ſiue per cōiunctionem, ſiue per aſpectum, fortius tamen eſt per coniunctionem: nam fortificabitur ſupra morbum, & eſt ſignum boni, quòd ſi Medicus Aſtrologus præuideret illic illam fortunam per propitias, & faciles medicinas poſſet infirmum ad ſanitatem in ſeptima die deducere. Quòd ſi non ibi fiat criſis eò,

quòd non reperietur bonus Planeta ille:expectanda est dies 14. à principio morbi,quia tunc Luna erit in principio Libræ, & concurrunt duæ causæ crisis:vt puta oppositio Cæli, & signorum contrarietas in vna qualitate, Aries enim calidus, & siccus est: Libra verò signum calidum,& humidum, & si illic reperiatur Planeta fortunatus, signum est salutis: si infortunatus,est signum periculi:& sic si tunc non fiat crisis expectandum est quousque Luna veniat ad sequentem quadram, puta ad principium Capricorni,& erunt 21. dies & erit tertium latus ipsius quadrati Cæli, quòd si similiter non: expectandum est quousque Luna retrogradietur ad locum initii, scilicet, ad principium Arietis. & sic complebit totam reuolutionem suam, & erunt 28. dies,& erit ibi latus quartum, & erit ibi crisis, si fortuna reperiatur ibi: si infortuna cõuertitur ægritudo acuta in

ta in chronicam. Inter hos autem dies criticos ſunt dies aliqui medii, qui vocantur dies indicatiui à Phyſicis eò, quòd indicant ſigna ſalutis, aut periculi venturi in die critico proximè ſubſequenti, ſicut dies quarta eſt indicatiua ſeptimæ, qui dies indicatiui ſumuntur per loca circuli ſignorum intermedia inter duas quadras: quia illa loca ſemper in aliquo opponũtur ipſi quadræ præcedenti. Nam præſupponendo exemplum poſitum in quarta die, Luna eſt in Tauro: modo Taurus eſt contrarius Arieti in vna qualitate puta frigiditate: & ſic tunc non erit vis humoris, qui moueretur in ægro ſicut fuit in principio morbi: & per conſequens natura via deonerationis fortificatur, & ſic naturalius operatur, & ſignum dat medico bonæ criſis futuræ in ſequenti quadra: & ſic inueſtigati ſunt 8. anguli circuli ſignorum penes quos ſumuntur indicia critica.

Eſt enim criſis velox,& vehemens motus morbi cum infirmus,vel ad ſanitatem,vel ad morrem deducitur. Eſt autem criſis cùm natura à bonis diuidit nociua, & vt ad expellendum faciat apparata. Verba ſunt Galeni 2. Aphoriſ. coniunctio,quibus criſis fit &c. Et dicitur criſis Græcè, iudicium Latinè & Albaharim Arabicè, tãtum valet, quantùm criſis. Vnde criſis eſt iudicium, morbus eſt actor : natura eſt reus:medicus iudex:& accidentia ſunt teſtes. Et nota, quòd conditiones bonæ criſis ſunt ſex,completa,certa, ſalua,manifeſta, indicatiua & in die critica. Pro quo vlterius notãdum, quòd dierum quædam dicitur critica, quædam non critica:quædam dicitur indicatiua, quædam non indicatiua : & quædam intercadens. Vnde dies prima & ſecunda ſunt dies non critici. tertia eſt intercadens. quarta eſt indicatiua: quia mediæ primæ ſeptimanæ ſecun-

dum

dum Physicum. Quinta propriè intercadens, Sexta non est propriè critica. Septima propriè est critica. Octaua non est critica: quia principium secundæ septimanæ secundum Physicũ nona dies est intercadens. decima non est critica. vndecima est indicatiua: quia est media secundæ septimanæ secundum Physicum. duodecima nullo modo est critica. decimatertia intercadens. decimaquarta propriè critica, quia finis secũdæ septimanæ, & principium tertiæ. Decimaquinta est intercadens. Decimasexta nullo modo est critica. decimaseptima indicatiua vigesimæ. decimaoctaua nullo modo est critica. decimanona est intercadens. vigesima propriè critica. & finis tertiæ septimanæ, secundùm mansionem Physicorum. Et sic vlterius vsque ad 30. Redeundo ad propositum nota, quòd penes 8. angulos supradictos sumitur secũdum aliquos aspectus octi-

lis, quia comprehendit octauam partem zodiaci, qui aspectus non valet nisi Physicis. & inter hos angulos notantur puncta media, alia, videlicet octo. & sic habentur 16. latera ipsius circuli signorum, & penes illa puncta intermedia Physici sumpserunt dies intercadentes. Hanc autem materiam crisium Physici solùm sciunt scientia, quia est non propter quid, quia solùm sciunt longæua experiētia edocti: quia viderunt semper sic, & vniformiter in effectu contingere. Sed vt crisis habeatur per viam experimēti, oportet tria scire. Primum vt sciatur principium ægritudinis, scilicet, manifesta læsio operationum, & decubitus. Secundum quôd error non intercadat, scilicet, quòd medicus sit sapiens, patiens, obediens, ministri diligentes extrinseca ad velle infirmi. Tertium, quòd si fuerit per tres dies, cui illorum debet attribui. Et ad hoc sciendum septem re-

quiruntur, videlicet vt ſciantur natura ægritudinis, natura diei, principiũ circuitus, principium rei, conſumptio & tempus durationis. Vnde principium circuitus appellatur cùm dolores, & vigiliæ incipiunt intendi: principium vocatur, cùm materia euacuatur per ſudorem, vel per conſimilia. & conſumptio appellatur cùm materia manifeſtè euacuata eſt. Aſtrologi verò, & Ptolemæus in verbo allegato ſciunt ſcientia propter quid, ſcilicet per cauſas. Et nota, quòd bene notato principio ægritudinis, & conſiderato gradu ſub quo tunc eſt Luna: computandi ſunt pro die, & hora critica 9. grad. præcisè, quia tunc fit criſis. & computandi ſunt 45. grad. pro die, & hora indicatiua præcisè: & ſic ſuo modo vide de intercadentibus.

Sed peteret aliquis, vtrúmne illa regula ſit generalis? reſpõdetur, quòd non, impedientibus duabus de cauſis.

Prima, nam poſito, quòd in eadem hora & minuto duo incipiant eadem ſpecie ægritudinis. Verbi gratia, calida, & ſicca, de natura, videlicet Martis ægrotari: & vnus illorum duorum ſit iuuenis, alter ſenex: iuuenis mori poteſt, & ſenex euadere ratione obtemperationis, complexionis ætatiuæ, ipſius ſenis per naturam, & complexionem ipſius Martis. Secunda cauſa, nam poſito caſu nunc recitato, ſi Mars in natiuitate vnius illorum fuerit dominus aſcendentis, aut aliàs magis dominii in natiuitate eius, ille fortaſſe euadet altero morien. quia vt ſupra dictum eſt, mali iuuant ſuos: ſed quia illi duo caſus rarò eueniunt, ideo ſuperius dicta ſic generaliter ſunt poſita pro doctrina.

Sciendum circa illam partem circuli, quæ tangit de Planetis influentibus ſuper infirmitates febriles, & ſuper alias quaſcunq; ſimilium manerierum: & quòd hîc eſt duplex conſideratio.

Prima eſt de motu temporum & de Planeta Cæli menſurante breuitatem, vel prolixitatem infirmitatis. & eſt certa periodus natiuitatis, vt exempli gratia: exemplificatum fuit ſuperius in iſto capitulo de mẽſura temporis motus Lunæ menſurantis tempus infirmitatum acutarum, & Solis menſurantis tempus infirmitatum chronicarum, id eſt prolixarũ, ſicut eſt quartana, quia omnes ægritudines curabiles communiter menſurantur menſura motus Solis. Secunda conſideratio eſt de minera, & de humore peccante, & illam mineram ſimiliter, & humorem regit aliquis ſeptem Planetarum, vt verbi gratia, mineræ quartanæ humorem peccantem regit Saturnus, Ephemeram regit Mercurius, Synochum, & ſynocham regit Iupiter. Febres autem ternas, & alias quaſcunque ratione choleræ corpori inexiſtentes regit Mars: hecticam regit Sol. Illis

itaq;

itaque Planetis fortificatis in Cælo non debet inchoari cura, nec debet eligi tempus dominationis ipſorum, aut tempus inchoationis curæ, aut propinationis medicinæ: & de hac materia, ſcilicet de debilitatione Planetarum eligenda in curis, ſuperius eſt mentio facta.

ARGVMENTVM.

Sextum capitulum quartæ Differentiæ, eſt de phlebotomia ſecundum curſum, & ordinem dierum lunationis, & ſecundum aſpectus Lunæ ad Planetas, & ad tempora anni: & ad diſpoſitionem aëris, & perſonarum.

CAPIT. VI.

IN phlebotomia triplex radix eſt attendenda, ſcilicet infima, media, & ſuprema. Infima eſt perſona phlebotomanda. Attendendum eſt igitur iuxta talem radicem ad complexionem perſonæ ætatem eius, & habitudinem ipſius: quo ad primum complexioni ſanguineæ

neæ propriiſsimè conuenit phlebotomia, poſt hæc cholericæ, poſt hæc phlegmaticæ, & vltimò melancholicæ. Eſt enim phlebotomia euacuatio maſſæ ſanguinariæ ſui quantitate, aut qualitate temperiem naturæ excedente. Quo ad ſecundum nimis iuuenes, nec nimis antiqui non ſunt phlebotomandi, niſi in caſu deſperato: ſicut Auenzoar filium ſuum duorum annorum (aliâs de vita deſperans) phlebotomauit, qui ſic euaſit. Quo ad tertiũ extenuati non ſunt phlebotomandi. Media radix eſt aëris diſpoſitio, quæ vocari poteſt media eò, quòd in quocunque ordine eſt reperire extrema ſimplicia, in illo ordine reperietur medium conſtitutum ex vtriſque extremis. Primo de ſenſu: ſed in ordine naturæ eſt reperire extrema dantia tantùm virtutem influxibilem phlebotomiæ conuenientem, cuiuſmodi ſunt corpora cæleſtia: & eſt reperire recipientia

pientia tantûm eadem, cuiusmodi est corpus humanum, & tale medium est aër recipiens à Cælis dispositiones Cæli phlebotomales iam exprimendas dans quoq;, & imprimens easdem corpori humano: quare &c.

Quæ autem prohibent phlebotomiam, quoad illam radicem, sunt ventus nebulosus, obscurus, meridionalis, & ventus Occidentalis, & aër calidus, & aër siccus, aër pluuiosus frigidus, & humidus, aër fœtidus, aër pestilentialis. Indicantia sunt vẽtus borealis, ventus Orientalis. aër temperatus. aër aromaticus, scilicet per artem factus.

Quo ad radicem superiorem, cuiusmodi est corpus cæleste, quàmplurima sunt animaduertenda: quorum quædam sola experiẽtia à quibusdam Physicis antiquis, puta ex Chaldæis exorta, sunt prosecuta: non tamen aliqua Astronomica. Ratione nobis scita, & stabilita: & sunt quidã dies vniuscuius

cuiuſque Lunationis, qui hîc nec approbantur, nec reprobantur: ſed duntaxat recitantur. Prima igitur dies Lunationis alicuius competẽtis ipſi phlebotomiæ ſic ſe debet habere, vt puta, quòd non ſit tempore nimis exceſsiuè calido, ſicut in Iulio, & Auguſto, & nimis exceſsiuè frigido, ſicut in corde hyemis: illa reddit perſonam grauem, ſi fiat, nec eſt fienda, niſi cum periculo. Secunda dies Lunationis alicuius reddit perſonam guttoſam, & dolentem in iunctu ris, nec eſt eligenda. Tertia miniſtrat diſpoſitionem membrorũ, quam conſequitur in breui electio mala. Quarta infert mortis timorem: & ſatis ſubitò ſecũdum illum Planetam, tunc dominantem. Quinta annihilat ſanguinem modicum reddẽdo extra, & turbando ſanguinem intra. Sexta die phlebotomia non eſt fienda, & ſi fiat à mala electione reddit ſanguinẽ quaſi album. Septima reddit perſonã

debi

debilem præ nimio ſudore, & inducet periculum infirmitatis. Octaua debilitat perſonam quaſi in omnibus mẽbris, & mutat appetitum comedendi. Nona immutat colorem perſonæ, & guttam diſponit venientem infra annum. Decima inter cætera remouet poteſtatem comedendi: tamen non eſt æquè mala, ſicut nona. Vndecima competens eſt iuueni indigenti tamen, mutat quandoque colorem per quatuor dies. Duodecima bona eſt, niſi mali aſpectus impediant, & meliorat appetitum comedendi. Decimatertia competens eſt, cui opus eſt: tamen ſine indigentia feſtina non eligatur. Decimaquarta grauat pectoralia, & facit perſonam aſmaticam proceſſu temporis. Decimaquinta periculoſa eſt, quia inducit perſonam ad longam infirmitatem, vel ad ſcabiem. Decimaſexta cōpetens eſt, cui opus eſt: tamen non eligatur, niſi conſtellatio bona faceret

aliun

aliundè. Decimaſeptima facit ſicut præcedens:& cum hoc niſi eſſet neceſſitas. Decimaoctaua apta eſt, maximè antiquis indigentibus, & cholericis iuuenibus. Decimanona mala eſt, & grauat perſonam per 15. dies, & quandoque inducit incurabilem infirmitatem. Vigeſima grauat, vt in pluribus per 40. dies,& ſi ſint mali aſpectus, lædit ad mortem. Vigeſimaprima bona eſt,& auget appetitum comedēdi cum digeſtione,& reparat ſanitatem. Vigeſimaſecunda melior eſt, & quàmplurimum indigenti reparat ſanitatem, ſi perſona ſit capax. Vigeſimatertia præſtat ſanitatem,& fortitudinem,& purgat ſufficienter ſuperfluos humores. Vigeſimaquarta dat leuitatem, & lætitiam,& reddit corpus humanum delectabile, & temperatum. Vigeſimaquinta bona eſt in omnibus, maximè ſi fieret veſpere pro ſplene, & melancholia. Vigeſimaſexta eſt bona omni

hora,& pro omni humore,& liberat à febribus per longum tempus. Vigesimaseptima mala est,& quandoque infert periculum mortis, & in breui videntur effectus. Vigesimaoctaua, licet non multum laudatur, electio tamen pro fracturis, & verberibus potest fieri operatio. Vigesimanona multipliciter aggrauat personam. Trigesima peior est, quia prope coniunctionem Solis retinentis fortitudinem Lunæ: & hoc dictum de trigesima bene fundatum est in ratione.

Ista igitur vt supra tactum est, pro maiori parte habuerunt fundamentum à Chaldæis super experiẽtiis longo tempore à sapiẽtibus probatis. procedendo itaque ad ea, quæ se tenent ex parte radicis superioris approbata ratione Astronomica. Videndum est primò generaliter de temporibus anni: primò vitandi sunt dies caniculares,& anticaniculares, & tota influẽtia Leo-

nis,

nis, tam ex parte Solis, quàm ex parte Lunæ: euitetur incisio venæ à nonis mensis Iulii computando à fine vsque ad principium kalendarum Septembris: hoc est à 7. die Iulii, vsque ad 15. Augusti inclusiuè propter influentiã Solis, Leonis, & Canis validè concurrentium ad influentiam caloris excessiui: Ver, & Autumnus bonus. Rursus est videndum iuxta dictum Ptole. in Centiloquio, verbo 20. tangere mẽbrum ferro, Luna existen. in signo illius membri verendum est: & propter hoc phlebotomia non laudatur Luna existente in Geminis, quãdo fit in brachiis: & sic de aliis signis dominantibus super aliis membris corporis. Considerandum, quòd Luna existente in Ariete phlebotomia est bona, maximè pro euacuatione choleræ, consideratis conditionibus generalibus, superius positis, vt puta, quòd Luna non esset in Ariete cum Saturno, vel Mar-

te, vel prope coniunctionem Solis in Ariete, quas conditiones poteſt prudens per ſe ex ſupradictis recolligere: non tamen tangatur caput ferro: ſecundum verbum Ptolem. allegatum, poteſt bene tangi, ſeu phlebotomari vena capitis, quæ eſt in brachio, quæ vocatur cephalica, videlicet Luna exiſtente in Ariete: nec etiam tunc capiti ventoſæ cum ſcarificatione ſunt apponendæ, quibus ventoſis vtimur aliquotiens loco phlebotomiæ. Eſt enim ventoſa vicarius phlebotomiæ, vt ait Arnaldus de Villa Noua in ſuis ſimplicibus, Luna exiſtente in Tauro, & Geminis propter brachia, in Leone, & in ſecunda parte Libræ, & in Scorpione mala eſt phlebotomia. non tamen tantùm eſt nociua in Scorpione, quantùm in Tauro, vel Leone: quia Scorpius eſt domus Martis. Similiter mala eſt phlebotomia Luna exiſtente in Capric. & peior tamẽ eſt in Piſcibus: competens autem

autem eſt in Cancro, in Virgine, in prima parte Libræ, in Sagittario, & in Aquario. Præter iſta dicta conſideran di ſunt Planetæ, qui habent influētiam ſuper quatuor humores corporis humani, vt verbi gratia, Saturnus habet influentiam ſuper humorem melancholicum, Iupiter, Sol, & Venus ſuper ſanguinem: Mars ſuper choleram: Luna ſuper phlegma. Vnde hi Planetæ ſunt debilitandi tempore phlebotomiæ: & ne fiat phlebotomia in horis eorundem: Vt exempli gratia, ſi velis eligere tempus phlebotomiæ ad purgandum choleram, non ſit hora Martis: quia Mars auget fortitudinem choleræ in hora ſua, nec ſit Mars fortis in Cælo, vt in aſcendente, vel in aliis angulis: ſed in domibus cadentibus, vel ad minus ſuccedentibus, vt debilitetur eius influentia, & ne retineat ſuperfluã virtutem humoris purgandi in corpore humano: & ſicut dicitur de cholera

ſecundum influentiam Martis. Ita dicendum eſt de aliis ſuo modo reſpectu aliorum humorum ad ſuos Planetas. Oppoſitum autem dicitur de ſignis: Vt verbi gratia, ſi velis euacuare melancholiam, pone Lunam in Virgine, in ſigno terreo: & ſi choleram, pone Lunam in Ariete, vel in Sagittario: vel ſi velis euacuare ſanguinem, pone Lunam in prima medietate Libræ, vel in Aquario. Attamen prima pars Libræ aptior eſt, quàm Aquarius: quia Aquarius eſt ſignum fixum, & ſunt hæc ſigna in ſuccedentibus, quod dicitur propter Lunam, quæ non eſt bona ad phlebotomandum in aſcendente, nec in quarta domo. Reſpiciēdæ ſunt etiam quadræ Lunationis competentiores, vt ſecũda, & tertia quadræ ſunt competentes, vitando vnum diem ante oppoſitionem, & vnum poſt. Et nota hîc, quòd ſecunda quadra Lunationis vtilior eſt pro iuuenibus, & tertia

pro

pro ſenioribus: quia in ſecunda quadra ſanguis eſt in augmento, & habet conſimilitudinem cum iuuenibus. tertia cum antiquis, non tamen nimium antiquis.

Videndum eſt nunc de aſpectibus: Luna vacua curſu, non eſt bona: aſpectus quartus Lunæ ad Solem, eſt malus. Omnis aſpectus Lunæ ad Saturnũ eſt malus, & ſimiliter ad Martem præter quàm trinus: duo dies ante coniunctionem Lunæ cum Sole, & duo poſt ſunt mali. Oppoſitio Lunæ cum Sole eſt mala: ſed peior eſt coniunctio Lunæ cum Sole, ſcilicet durante combuſtione Lunæ: Luna exiſtente in via cõbuſta, quæ eſt à 19. grad. Libræ, ad 3. Scorpion. eſt peſsimum, bonus autem eſt aſpectus omnis: & etiam coniunctio Iouis, & Lunæ. Similiter valet aſpectus Lunæ ad Venerem, quia Venus eſt Planeta fortunatus, & ſimiliter aſpectus ſextilis Lunæ, & aſpectus

trinus Lunæ ad Solem ſunt valde boni præter prædicta indicantia bonitatem phlebotomiæ ſit Luna, & dominus aſcendentis in ſigno Arietis; ambo fortunati in ſuis luminibus, nec dominus 8. miſceatur cum Luna, aut cũ domino aſcendentis, nec ipſe ſit in angulis. Fortuna ſit in medio Cæli aſpiciens Lunam, vel dominum aſcenden. Nunquàm ſit Luna in aſcenden. mundi. Vnde aſcendens mundi eſt ſignum exiſtens in contactu orizontis mundi omni hora, quòd dicitur aſcendens mundi ad differentiam aſcendentis natiuitatis hominis, vel alicuius figuræ Cæli ſpecialis. Et ſunt quædam indifferenter indicantia phlebotomiam, cuiuſmodi ſunt aſpectus ſextilis, & trinus ipſius Lunæ ad Mercurium: ſed quartus, & oppoſitus ſunt mali. Similiter indifferens eſt coniunctio Lunæ cum capite Draconis: ſed coniunctio ipſius cum cauda eſt mala: ſi cum ventoſa

toſa

tosa operandum sit, quæ est vicarius phlebotomiæ, vt supra dictum est, sit Luna post oppositionem in vltima medietate mensis sui aspiciens ad fortunas. Cauendum est à Cancro, Leone, & Capricorno: & maximè à via combusta: signa bicorporea nō timentur, cùm fuerit fortuna in eis, & sit Luna in prima medietate Libræ, vel in Scorpione, præter tres primos gradus, & non sit Luna iuncta corporaliter Mercurio. Dominus medii Cæli sit fortuna, & sit Luna in signis aëreis. Et quia de mulieribus curandis nihil tactum est supra, considerandum, quòd sit Luna aucta lumine, & numero fortunata à Ioue, vel à Venere, & non sit in aliquo aspectu Martis; sitq́; Luna in signo fixo, & potissimè in Tauro, & consequenter in Aquario: caue, ne Luna, vel dominus ascendentis, aspiciant membrum vulnerandum, scilicet, per quod essent in signo respiciente mem-

brum vulnerandum, nec ſit Luna in finibus ſignorum, quia ſunt termini malorum, nec ſint illi duo ſignificatores cadentes, ſed ſit dominus aſcendentis in Cæli medio: & hoc etiam valet in medicaminibus oculorum, dum tamen ſit bonus Planeta: aptaq; Planetã membri pariter, & ſignum membri, & proficiet patienti.

Et pro balneo ſit Luna in ſignis aqueis ſine aſpectu infortunato malorum: & ſi Luna habet bonum aſpectũ ad Martem prodeſt: aut ſit in domo Iouis, non ſit autem in domo Mercurii: & qui citò voluerit exire, ponat Lunã in ſigno mobili: nec intret quis balneum Luna exiſtente in ſigno calido, & ſicco, niſi pro ſanando humiditates ſuperfluas, vt de ſpaſmo, de repletione, aut paraliſi: & tunc ſit in domibus Martis: & omnibus ſignis plus valet Aries. Leo autem ſemper euitetur: & tunc expedit, vt ſit Luna applicans Soli,

Soli,aut Marti de trino,vel ſextili aſpe ctu.Et hæc de hoc capitulo.

ARGVMENTVM.

Septimum capitulum quartæ Differentiæ,de horis conuenientibus ad ſumendum medicinas confortatiuas,& cordiales : & ad conſeruandum humidum radicale:& de arte & doctrina conficiendi ad hoc electuaria, vina,aquas, & quædam alia requiſita.



Oræ conuenientes medicinis cordialibus, & confortatiuis ſunt, horæ vel menſura temporis, in qua boni Planetæ habent influentiam, & dominium. Vnde quinque ſunt boni Planetæ Iupiter, Sol, Venus, Mercurius,& Luna, qui boni dicuntur: quia influentia eorum communiter bona eſt. Si igitur velis ſumere,vel alicui miniſtrare medicinam confortatiuam, ſit hoc in hora aliquorum illorum 5. dictorum. Et vt clarius pateat, datur exemplum de Ioue: eligatur hora Io-

uis,

uis, qui Iupiter omni die naturaliter ad minus, habet influentiam horæ, & in die Iouis quater, hoc eſt, per ordinẽ Iupiter habet influentiam horæ propè, quam influentiam pro tunc non habet Saturnus, nec aliquis aliorum Planetarum, & cum hora Iouis eligatur, quòd Iupiter ſit in bono ſitu Cæli: & cum his aduertendæ ſunt aliæ bonæ conditiones figuræ Cæli ſuperius enarratæ: & ſub tali influentia miniſtretur medicina cordialis, vt virtus Cæli iuuet virtutem inferiorem, & perpende, quòd ſi medicina eſſet de auro: vt puta potabili, vel foliis auri, vel foliis arboris lauri, vt puta, ſi fieret aqua per diſtillationẽ de illis foliis teneris lauri: quia Sol ſuper illa arbore habet influentiam ſub propria conſtellatione facta, vt puta Luna exiſten. in Ariete, vel Leone, & non eſt contradictio ſuperiorum de Leone: quia Leo eſt domus Solis: & habet influentiam ſuper

illa

illa arbore, & isto modo de floribus rorismarini:& est bonum facere similiter, seu quomodolibet componere medicinas confortatiuas sub influentiis bonorum Planetarum: & melius quidem est, quòd aptetur influentia secundum exigentiam ipsius effectus medicinæ confortatiuæ. Verbi gratia, si cõfortare velis caput,apta Arietem: sitq; Luna ibidem iuncta fortunæ, si sit possibile:& sit Luna ab infortuniis libera: & si velis confortare cor, apta Solem pariter,& Leonem: & sic de aliis suo modo, velut nunc explicatum est de capite: & caue ne Planeta quem recipis pro effectu confortationis, sit retrogradus, aut aliter impeditus: & est ordo inter ipsos in valore:Iupiter, Venus,Sol medium:Mercurius, & Luna tenent extrema: nisi in hoc, quòd confortando cor, principalius debemus attendere Solem. Et scias, quòd omnes arbores odoriferæ, similiter &

herbæ

herbæ odoriferæ reguntur ab influentia aliquorum istorum quinque Planetarum, & potissimè Iouis, Solis, vel Veneris.

Notandæ sunt in præsenti capitulo aliquæ medicinæ cordiales, tam simplices, quàm compositæ. Vnde simplices calidæ sunt hæ. Ambra, acetosa, acetositas citri, agrimonia, ambo been, & sunt velocis iuuamenti, basilicon, betonia, crocus, cyminum, cortex citri, cynamomum, cubebe, calamẽtum, cardamomum, carpobalsamum, calamus aromaticus, doronici Romani, enula campania. & est mirabilis: foliũ Indum, folia citri, gariophili, & sunt mirabiles, galanga, melissa, muscus, macis, nux muscata, ozi, gariophilatum, rosmarinus, samsucus, id est, maiorana, spica nardi, seta propriè, id est, sericum crudum, saturegia, saluia, semen acetosæ, semen mellissæ, semen citri, myrabolani embilici, xiloaloes, crudum

dum zedoarium.

Et ſimplices frigidæ ſunt hæ, alauda, ſcilicet caput & caro eius, acetum optimi vini, blactea bizantia, corallus, cacabræ, camphora, coriandrum ſiccum, & humidum, lutum ſigillatum, margarita, lactuca, nenufar, os de corde cerui, poma, acetoſa, marina, roſa, ſpodiũ, ſandali, viola. Medicinæ verò cordiales temperatæ, vel quæ proximè ſunt æqualitati ſimplices, ſunt aurum, topaſius, ſmaragdus, ſaphirus, iacinthus, robinus, argentum purum, bugloſſa, borago: prædictæ medicinæ ſimplices faciunt cor gaudere, repelluntq́ue melancholiam, totum corpus ſerenant quocunque modo approximentur, ſiue per odorem, ſiue per confectionem, ſiue per potum, ſiue per epithimata, aut alio modo excogitabili: quia aromaticæ ferè omnes ſunt. & non poteſt aliquis melius eligere in ægritudinibus, quàm cor confortare,

&

&ei cum iſtis medicaminibus ſuccur rere: maximè melancholicis, peſtilenticis, aut venenatis, ſeu cardiacis & his, qui faſtidioſi ſunt. Cor enim eſt corporis principium, & animæ ſedes, omnium archa virtutum, & ſpirituum generator. Confortant generaliter totum corpus medicinæ, quæ bonum ſanguinem generant, & quæ ipſum à ſuperfluitatibus mundant, & eum clarificant, & quæ adiuuant ſpiritus, & membra. Medicinæ igitur, quæ confortant alleuiando, & ſanguinem ab humoribus mundando, ſunt iſtæ. Sennacaſia fiſtula, cuſcuta, folium ſtœchados, yruſcus, peucedanum, aniſum, omnes myrobalani. & ſunt mirabiles in iſto caſu, bugloſſa, borago, aurum, ſerum caprinum, fumus terræ, apium, maſtix, & vinum aromaticum: omnia hæc mundificant ſanguinem, & clarificant eum, ac totum corpus confortant. cùm iſtis medicinis cordialibus

nunq

nunquàm desinat medicus operari. Virtus enim vitalis gaudet cordialibus. Virtus animalis, gaudet delectationibus, scilicet sensibilibus, & odoriferis bonis, pulchris coloribus, delectantibus, sonis, harmoniis, amœnis, & saporibus delectabilibus. Virtus verò naturalis gaudet calidis, & humidis. Sed medicinæ cõpositæ cordiales sunt electuaria aliqua, vina quædam: & similiter quædam aquæ. Vnde electuaria calida sunt cordialia, diacameron, diambra, lætitia Galeni, dianthos, & diamargariton. Frigida sunt diaboriginaton, diabuglossatum, dianenuferatum, zucch. rosata, zucch. violacea, & triasandali: & est quoddam electuarium vitæ ab Arnaldo de Villanoua, in libello suo de retardanda senectute, descriptum ex quinque generibus myrabolanorum, in via conseruationis sanitatis, & prolongationis vitæ compositum, & est res perfecta, & probata:

quia non solùm confortat, sed & superfluitates ex nutrimento præterito remanentes purgat, & vsus eius caniciem retardat, & ad decrepitum peruenire facit: stomachum corroborat, & vsus eius reddit colorem bonum toti corpori, & est descriptio eius hæc: Recipe vuarum passularum, mundatarũ ab arril. lib. 2. liquiritiæ mundatæ, ac contusæ, vnciam vnam, ponantur ista in duabus lib. & semis aquæ claræ recentis, & bene coquantur, & colentur, & exprimantur: & in colatura ponantur myrabolanorum ex ossibus enucleatorum: & in mortario excussorũ, kebulorum, citrinorum, & indorum añ. vnc. 2. embilicorum, & bellericorum añ. drach. 2. coquantur, & exprimantur, & colentur. Et post addatur zucchari albi, lib. 1. Et cum illa decoquantur vsque ad spissitudinem syrupi. Et in fine addatur cinnamomi electi, vnc. sem. garioph. galãgæ añ. drac.

2. nu

2.nucis muſcatæ groſſ. 2.maratri, aniſi, añ. vnciam vnam, fiat electuarium: & ponatur in pixide ligni competentis complexioni, volentis vti eo, vt pro ſplene in pixide ligni tamariſci: vel fraxini, aut iuniperi pro phlegmaticis: & ſic de ſingulis. In ipſo electuario ſunt principalium membrorum medicinæ, ſcilicet cordis, capitis, ſtomachi, hepatis, ſplenis, & generatiuorum. Et eſt primo calidum, poſtea humidum, poſt frigidum, & vltimo ſiccum. Eſt etiam confectio quædam eiuſdem doctoris. In eodem libello memoriam corroborans, cuius deſcriptio eſt. Recipe piperis longi, cimini, añ. partes 2. garioph. partem vnam zucchari, ad quãtitatem omnium. Conſequenter itaque dicendum eſt de vinis eiuſdem Arnaldi de Villanoua, de quodam ſuo tractatu intitulato de vinis artificialibus extractis. Inter quæ vina vnum eſt contra humores aduſtos pro cholericis, & ma

cris adducens lætitiam. Et descriptio eius est. Recipe radicis buglossæ mundatæ, lib.1.rosarum violarum, florum boraginis, & buglossæ añ. libr. sem. been. albi, & rubei, añ. vnciam vnam, concassentur, & ponantur in sacculo: qui sacculus ponatur in vase mundo, continente tres sarcinatas boni vini, nouiter expresßi albioris, & purioris, quod inueniri posßit: & quòd medietas cum dictis speciebus bulliat. Et sic alia medietas per se, & bene dispumetur:& tunc excoletur,& ponatur in vase,& de alio impleatur, donec recesserit feruor, & bene clarificatum fuerit, & post asßiduetur. Aliud vinum eiusdem Arnaldi in eodem. In musto nouo ponantur flores boraginis, vsque ad perfectam depurationem, vel aliter, quòd in bono vino de diaboragine, siue de conserua eius, dissoluatur, & vsui reseruetur. Aliud eiusdem in eodem, quod est ad conseruandum cõ-
plexio

plexionem,& iuuentutem. Recipe cubebe, garyoph. nucis muſcatæ, paſſulæ, añ. drach. tres, poſiti in ſacculo, bulliãt in boni vini, libr. 3. vſque dum redeat ad lib. 2. addatur zucchari, quod ſufficit, & ſumatur ſerò, & manè, vncia 1. vel plus, aut minus ſicut oportet. Iſte etiam potus valde confortat: & præſertim conualeſcentes ab ægritudinibus frigidis, & multum conſumit humiditates phlegmaticas ſuperfluas in occultis partibus corporis latentes. Eſt quoque puluis quidam deſcriptus ab eodem Arnaldo in eodem, conſeruans omnia membra principalia: cuius aggregatio hæc eſt. Recipe zinziberis albi mundi, vnc. ſem. cardamomi, doronici, añ. drach. 2. cinamomi electi, drachmam vnam, croci drach. ſem. coriandi præparati. drac. 10. zucchari ad velle, fiat puluis. Comeſtio inſuper paſſularum enucleatarum, drach. 2. in ieiunio proficit ad viam iuueneſcentiæ

eò, quòd digestionem efficiant meliorẽ, & minoratur ex eis phlegma. Confortant hepar: & impinguant ipsum, quoniam amici sunt stomachi, & hepatis, & generant sanguinem copiosiorem, & spissiorem, & cum sumuntur post cibum, habilitant, & humectant vẽtrem. Sequuntur alia vina Arnaldi in prædicto suo tractatu descripta. Vinum buglossatum valens melancholicis sic fit: Recipe radices buglossæ mundatæ, vt decet sine lotione: ponantur in vino electo, quousque saporem eius sumat, & assiduetur. Aliud vinum, distilletur zinziberi, & cinamomum contra paralysim: & contra omnem frigidam complexionem, vel passionem. Aliud est vinum auri. Extinguatur lamina auri 50. vicibus in vino electissimo claro, & post dimittatur clarescere, & diligenter coletur, & seruetur. Eaq; vina, pariter & medicinæ ex Arnaldo sumptæ positæ sunt

hîc ad aliqualiter introductionẽ medicinarum cordialium ipſum potius inſequendo eo, quòd ipſæ cunctis Phyſicis ſui temporis, cuius ſcripta communiter habemus. Fuerat vir magis illuminatus, & elegantioris ingenii. Volens igitur plures, & cordiales, & notabiles medicinas ſcire ad tractatus ꝑ ipſum cõpoſitos recurrat. Circa doctrinã cõficiẽdi aquas ſolẽnes: ad quas recurrendum eſt, quando æger à Phyſicis derelictus medicinis communibus ſanitati nequit reſtitui, cuiuſmodi ſunt iſtæ. Aqua chelidoniæ, & aqua ſanguinis humani: quæ deſcribuntur in tractatu quintæ eſſentiæ fratris Iohannis de Rupeſciſſa multùm eleganter, licet non commodè ad vſum pauperum. Ideo ad moderandum expenſas pariter, & temporis prolixitatem, practicatus eſt alter modus de facto ſatis familiaris faciendi aquam chelidoniæ: & eſt iſte: Colligatur tempore

ſereno, & propriè circa finem menſis Maii, herba chelidoniæ tota cum radi ce, quæ herba multùm ſimilis eſt complexioni humanæ. Emittit enim de radicibus humiditatem ſanguini ſimilem: & de herba humiditatem ſimilem lacti, ob hoc poteſt dici chelidonia, quaſi Cæli donum. Eſt enim iſti herbæ Cæli virtus mirabilis donata ad humanæ complexionis conſeruationem, & incommodorum humanæ naturæ euitationem, pariter & etiam ad ægri tudinum humano corpori accidentium curam. Flores etiam habet aurei coloris: quæ herba tota ſine lotione mundetur, videlicet radendo ſolùm ſu perficiem ipſius radicis, vt à ſuperfluitatibus terreis emũdetur. Folia etiam, ſi qua corrupta ſunt, penitus reſecentur. Et ſit herbæ quãtitas ad placitum. ſecundum tamen capacitatem vaſorũ factioni ipſius aquæ ſubſeruientium: quæ quantitas ponderetur, quo pondere

dere habito capiatur 60. pars ſalis communis præparati ad hominum medicinas: quæ præparatio ſic fit: Recipe ſalis communis quantitatem placitam, & pone in vaſe terreo: & ſuperaſperge aliquantulum aquæ: vt aliqualiter madefiat: & pone in loco frigido & humido: & tunc diſſoluatur in aquam. Poſtea diſtilla per filtrum inciſum in vna parte. Ita vt ſint tres, aut quatuor partes acutæ procedentes à parte non inciſa filtri: aliquantulum magis ampla, quàm ſit pars inciſa. Et vocantur linguæ apud medicos: cuius pars inciſa pendeat extra vas illud, in quo eſt ſal diſſolutum: & pars non ſciſa ſit in ipſo diſſoluto: & inclinetur aliqualiter vas. Et ſic eleuabitur purus liquor, & colabitur per filtrum. Colligatur igitur ille humor diſtillans: qui poſtea in vaſe terreo ponatur ſuper fortem ignem, quouſque humiditatibus conſumptis albeſcat, & appareat materia

congelata alba. hoc ſale etiam potentes vti debent in ſuis ferculis.& eſt multò fortior, puriorq́; & ſanior. Sal tamen Burgundiæ ſatis vicinatur in puritate ſali præparato, ad medicinas hominum: ſed non eſt adeò fortis, ſicut marinus. Et hæc pars 60. ſalis præparati conteratur cum ſupradicta herba mundata in mortario mundo,& conterantur hæ duæ materiæ tam diu ſimul, quouſque ſint quaſi ad materiam aqueam redactæ. Quæ materia ponatur in phiala vitrea ſatis forti impleta vſque ad collum clauſo orificio, cum luto ſapientiæ. Ponatur in fimum equinum calidum, ſepeliendo eam penitus. Ita quòd ex omni parte circumcirca vas tam ſubtus, quàm ſupra, quàm etiam ad latera fimus ille calidus circundet vas ad ſpiſsitudinem vndique duorum pedum: & amoueantur lapides & baculi, ne vas deſtruatur, & immutetur fimus ad quatuor, aut tres dies.

dies. Tentetur attamen phiala, cum manu ſi frigida ſit; aut multum tepida. Stet itaque in illo fimo calido ſpatio 60. dierum: quia in tanto tempore putrefactio exquiſitè completur. Et tunc chelidonia quodammodo eſt ad materiam primā redacta. Poſtea hæc materia putrefacta exiſtens aliquantulum redolens facta chelidonia prius exiſtente. Aliquantulum odoris in vaſe æneo de firmiori materia facto ad modum magni alembici: & ſuper illud vas ponatur cappa vitrea, bene luto ſapientiæ vaſream connectendo. Et ſupponatur audacter ignis flammæ ratione fortitudinis vaſis, & fortaſſe poſt 10. aut 12. horas, exibit aqua clara: quæ eſt elementum aquæ chelidoniæ: quæ paucæ eſt efficaciæ in corpore humano, niſi quôd bona eſt valde ipſis oculis. & dum videtur color diſtillantis liquoris immutari in colorem, videlicet olei oliuæ magis tamen radioſum.

Qui

Qui liquor est elementum aëris chelidoniæ: tunc receptorium confestim immutetur, ignis quoque fortificetur, quousque appareat color distillantis liquoris rubeus, qui est elementũ ignis chelidoniæ. Et tunc iterum immutetur receptorium, igne quoque fortificato continuetur distillato. Iterum quòd aliquid illius humoris possit distillari. Et dum nullus liquor amplius exierit, remanet elementum terræ in fundo vasis. Elementum aëris, & ignis chelidoniæ mirifici sunt iuuamenti in corpore humano. Multò tamen præcellentius est elementum ignis: coniuncta attamen fuerunt de facto à nobis propter paucitatem elementi ignis. Et fuit illud commistum tantæ virtutis: vt quòd datum de facto tribus personis, omninò à Physicis derelictis in hora cõpetenti Astrologicæ ad quantitatem solius coclearis argenti: cum valde pauco aquæ ardẽtis, fortasse vna

gutta

gutta, ad acuendum, & ad viuaciora illa elementa reddendum: Illæ personæ in valde breui tempore, fortasse infra diem naturalem, viribus naturæ resumptis reuiuiscerent. quòd si hæc elementa velis amplius purificare, & virtuosa complexioniq; humanæ similiora, ac magis propitia multo reddere: hoc scias archanum, quod est vnum de his, quæ veteres sociis nolebãt pandere charis. Quod amplius nolo esse archanum sicut nec extractionem elementorum à chelidonia & aliis infra ponendis: ideo hîc ponuntur ista. nam ministerio eorum corpori humano, tam in conseruanda sanitate, quâm in morbis ab ipso fugandis multiformia accrescunt commoda. Recipe itaque elementum terræ chelidoniæ, & pone in poto terreo, de terra alba, qua vtuntur aurifabri: & sit clausus firmissimè cum luto sapientiæ, quod etiam circundet totum potum ad spissitudi-

nem vnius digiti: & pone in furno reuerberationis ad fortiſsimum ignem, quouſque incinereſcat, & albeſcat. Et hoc fortaſſe ſit in ſpatio trium dierũ. In furno autem vitriariorum fieret in ſpatio vnius diei. Poſtea de hoc cinere prius puluerizato, pone in alembico vitreo groſſo: & imponatur materia ad altitudinem duorum, aut fortè trium digitorum, & ſuperfunde elementum ignis, aut aëris, aut ambo ſimul cõmiſta. & ſit ſemper tertia pars alembici ſuperius vacua, & in omni diſtillatione, & pone alembicum in vaſe terreo pleno cineribus cribratis, & diſtilla: & habebis ipſa multo virtuoſiora & nobiliora, fortaſſe in duplo, aut plus. Et quantò pluries diſtillaueris ea ſuper eadem terra: tantô virtuoſiora ipſa reddes. Et in illa diſtillatione rectificatur quicquid impuritatis contractum eſt per diſtillationem primam propter naturam æris, quæ

multum ſulphuris participat. Hocq́; penitus & omnino conſumitur. Quia ſi adhuc ampliori perfectione illum nobilem liquorem velis perficere, pone ipſum in vaſe circulationis in fimū equinum ſpatio dierum ſexaginta. Ita quòd tota pars, quæ eſt vacua ſit in aëre extra fimum. Et animaduerte, quòd cineres elementi terræ, ſuper quos eſt facta diſtillatio elementorum aëris, aut ignis, aut amborum, ſimul eſt miræ virtutis in ægritudinibus frigidis & humidis. Et ſufficit quòd ſola drac. vna miſceatur vni libræ medicinarum valentium ægritudinibus frigidis, & humidis. Cuiuſmodi ſunt hydropiſis, paralyſis, & ſic de aliis. Simili modo extrahuntur quatuor elementa à ſanguine humano, ſed ſit ſanguis ille hominum bonæ complexionis reiectis ſuperfluitatibus, ſcilicet phlegmatica, cholerica, melancholica, reſidente puro quoq; ſanguine poſt ad Solem ali-
quali

qualiter deſiccato. De foliis quoque lauri etiam elementa extrahantur: ſed capiantur folia noua eiuſdem anni tenera collecta in Maio, vel in Iunio tempore ſereno. Scito tamen, quòd elementa ſanguinis humani lōgè præſtantiora ſunt, quàm elementa chelidoniæ, aut foliorum lauri. Aqua etiã florum roriſmarini miræ eſt virtutis. Nam vt ait Arnaldus de Villanoua in de retardanda ſenectute, flores roriſmarini innouãt vitam in modum Aquilæ. Iuxta textum ſacræ ſcripturæ: renouabitur, vt Aquilæ iuuentus tua. Et ſic fit. colligantur flores roriſmarini in fine Maii tempore ſereno: & bene mundentur, & ponantur in amphora vitrea, ſiue phiala vitrea. Et ponatur ſuper illos flores aqua ardens. ponaturq; illa amphora ad Solem continuando temporibus claris.

Et ſic aqua ardens extrahet totam virtutem illorum florum: & eſt aqua

illa

illa coloris citrini: quòd ſi velis eam dealbare, diſtilla ipſam per alembicum vitreum, & erit vtilior, pluſquam antè.

Hæ autem prædictæ medicinæ cordiales poſitæ ſunt in hoc tractatu, vt illis vtendo in debitis conſtellationibus incommoda plurima naturæ humanæ poſsint euitari. Non autem quis opinetur, quòd per vſum illarum cordialium medicinarum quis valeat perpetuari. Poſuit enim Deus miniſterio corporum Cæleſtium terminos, qui præteriri non poterunt: licet præter Cælorum influentiam per Dei infinitam potentiam abbreuiari poſsint, & prolongari. Viſum eſt enim de facto, quòd elementa aëris & ignis chelidoniæ commiſta efficaciam curationis nõ habuerunt in quarta perſona, cui offerebantur. Nam mors erat naturaliter illi perſonæ proueniens curſu naturæ ſecundum motum Cæ-

li, vt videbatur. Nam illa persona capiebatur omninò repentinè à morbo, & omnes virtutes corporis subitò fuerunt defectæ. Vnde nota, quòd virtutibus vltimatè defectis, illæ cordiales medicinæ non haberent operationis efficaciam. Vt itaque natura medicinarum, & Cælorum corporum virtus per infinitam, & supernaturalem Dei potentiam ad ægri sanitatem recuperandam dirigatur, & iuuetur, nomen eius deuotè inuocetur hoc modo humiliter aliquantulum, antequàm medicina propinetur corpori humano. Domine exaudi orationem meam. & cætera. Oremus.

DOMINE Iesu Christe, qui es vera salus omnium, domine tu es ille, qui in bonitate & sapiëntia tua creasti bona valde: Vnde domine tui gratia scio sine te nihil boni esse in seculo. Quare domine Iesu Christe maiestatem tuam suppliciter adoro: quia scio, &

firmi

firmiter credo nihil boni eſſe, neque bonum abſque tua bonitate: nec magnum abſque tua magnitudine: nec durans abſque tua duratione æternitatis: nec potens abſque tua potentia: nec ſapiens abſque tua immenſa ſapientia, nec diligens ſine tuo amore: nec virtuoſum ſine tua virtute, nec verum ſine tua veritate, nec glorioſum ſine tua gloria, nec iuſtũ ſine tua iuſtitia. Scio etiam domine, quòd tu mirabiliter hominem creaſti ſanum, & incolumen: ſed ſua malitia ſeipſum damnauit: ad infirmitates quoque & miſerias ſeipſum procliuem effecit. Et mirabilius ipſum hominem reformaſti redimendo eum ſanguine proprio. Tu domine, qui tanta bona nobis feciſti, & dediſti medicinam ad recuperandum ſanitatem humanorum corporum, da benedictionem tuam iſti medicinæ: vt omnes virtutes, quas in principio creationis rerum poſuiſti in ea ad finem

optatum perducantur, & in corpore in quod introierit præſens medicina ſanitatem mentis & corporis conſequi mereatur: & ad vitã proficiat ſempiternam. Per te domine Ieſu Chriſte fili Dei, qui cum patre & ſpiritu ſancto viuis & regnas Deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Componantur igitur, & miniſtrentur medicinæ cordiales in debitis conſtellationibus ſuperius in hoc eodem capitulo explicatis, vt virtus ipſarum cordialium medicinarum per influentiam Cæli propitiè augmentetur. Talis enim eſt ordo inferiorum rerum ad ſuperiora: vt per ſuperiora cuiuſmodi ſunt Cæli generentur, & regulentur. generentur quidem dicente Ariſtot. 11. Phyſico. Homo generat hominem & Sol. Regulentur verò dicente eodem 1. Metaph. Neceſſe eſt hunc mundum eſſe contiguum lationibus ſuperioribus, vt tota virtus eius inde guber

gubernetur, de quorum corporum motu,& eorum influentia eſt ipſa Aſtronomia exiſtens vna de ſeptem artibus liberalibus,ſtabilita per rationes ſummè naturales partim poſitas à Ptolem.in quadripartito:& aliis voluminibus eiuſdem, quæ rationes experientiis plerunq; eiuſdem Ptolem. & aliorum ſapientum in ſcientia Aſtrolo. & quotidianis meritò approbantur. Quis enim adeò demens eſſet, quòd Cælum creatum à Deo benedicto diceret expers virtutis influxibilis, & ſic mortuum eſſe: multum hic ipſi Deo ſummè perfecto effectum valde imperfectum attribueret. Quotidianæ enim experientiæ hoc omninò contrariaretur, qua videtur ad oculum mare, ſecundum influentiam Lunæ creſcere, & decreſcere. non etiam Aſtrologis ille duntaxat cōtradiceret:ſed & Philoſophis, vt ſupra tactū eſt. pariter & Medicis conſiderantibus penes mo-

tum Lunæ,Solis, & aliarum ſtellarum dies criticos. dicit nanq; Hippocrates medicorum ſummus, primo prognoſticorum, eſt etiam quoddam cæleſte, quod non oportet medicum ignorare.& parte ſecunda Apho.ſub cane,& ante canem moleſtæ ſunt pharmaciæ. Ignorantiam quoque ſuam cunctis ſapientibus, qui operam huic ſcientiæ dederunt, is ſuper ferret. Ex quibus colligitur hanc ſcientiam veram eſſe, & non ſuperſtitioſam : imò in ipſa, & per ipſam artes ſuperſtitioſæ,cuiuſmodi ſunt Pyromantia,Geomantia, Hydromantia, & Aremantia. Similiter & ſphæræ Pictagoræ penitus reprobantur,videlicet in quadripartito Ptolem. & ſi quæ illarum aliquid veritatis aliquotiens participent. Hoc ab hac ſcientia puta Aſtron.ſibi accõmodant, & vſurpant : vnde habent ipſam Aſtron. deturpare,etiam vt ait dominus Iohannes Hyſpalenſis Epiſcopus

patriæ

patriæ Hiſpaniæ, in prologo Albuma zaris. Cum dicimus Planetam aliquē malum futurum præſignare, nihil aliud ſentimus: niſi quia ſui creatoris mandato, vt creaturæ inſeruientes eius præſcientiam imitando hominem ipſum malum nobis oſtendunt.

Quare nullatenus dicendum eſt, Planetas homini, vt malus ſit vim inferre, quemadmodum nec Dei præſcientiam. culpando enim Planetarum ſignificata, etiam pro certo diuinam ſtatim culpabunt prouidentiam. Nihil enim aliud Planetæ, quàm quòd Deus præuiderit, aut prædeſtinauerit ſignificant. & huius elegantis ſcientiæ in præſenti tractatu poſitæ ſunt doctrinæ principaliter corporis humani diſpoſitiones concernentes. Hæc itaq; in hoc tractatu, qui dici poteſt directorium Aſtrologiæ Phyſicatæ, dictatoq́ue in conuentu fratrum minorum Viennenſ. ciuitatis, per me fratrem Io-

hannem Ganiueti fratrem conuentus prædicti, ad requestam, atque instantiam magistri Henrici amici in artibus, & medicina magistri de Bruxella in Brabantia oriundi ob amorem cognominis, cuius præsentem tractatum volui intitulare Amicum Medicorum huius præsentis tractatus originale scribentis: & ad dictandum eundem iuuantis, atque cõplentis, Anno fluente Domini 1431. mense Septembris 28. die 2. hora Veneris in loco, vt supra.

Hæc inquam tam Astronomicæ, quàm medicinalis scientiæ dicta sine præiudicio efficaciorum & meliorum sint dicta, huius tractatus si quæ corrigenda sint corrigantur. quanquàm recollectione diligẽti dictorum ipsorum famosorum doctorum vtriusq; scientiæ breuiloquæ sunt inducta ad corporis humani conseruationem, pariter & morborum eius curam, vt sic fragilis de se existens humana natura-

lis

lis conditio per artificialia adiutoria in cunctipotentis Dei omnis ſcientiæ, rerumq́; omnium conditoris laude, ac in eiuſdem de beneficiis eius ſumma bonitate eidem conditioni humanæ collatis regratiatione aliquandiu valeat conſeruari, cui in Trinitate exiſtenti perfecta patris, & filii, & Spiritus ſancti ſit benedictio, laus, & gloria ac gratiarum actio, per infinita ſeculorum ſecula, Amen.

TRACTATVS MAGISTRI Iohannis Ganiueti, ordinis fratrum Minorum, qui intitulatur Amicus Medicorum,

FINIS.



INCIPIT opuſculum Cæli enarrant.

* *
*



ÆLI enarrant gloriã Dei. Triplici via, & modo mirabili Cæli enarrant gloriam Dei. Primò ex eorum Creatione ab immenſa potentia. Secundò ex eorum cõſeruatione, & manutenentia ab eadem infinita ſapiẽtia. Tertia ex eorum multiplici operatione virtuali eis collata à ſuprema, & independenti clementia. Circa primum, Cælorum creatio pandit, & enarrat gloriam Dei: quia tanta, & talis operatio, quæ eſt de nihilo ad eſſe productio: non potuit fieri ab aliqua intelligentia, cùm ad hoc requiratur potentia infinita, quæ potentia repugnat intelligentiæ, & Angelo: ideo ſuo modo Cæli pandunt,

& enarrant gloriam Dei ex parte eorum Creationis. Circa secundum, Cælorum manutenentia, & eorum conseruatio, quæ immediatè à Deo pendet, etiam enarrat, declarat, & manifestat gloriã Dei: quia omnis creatura tam spiritualis, quàm corporalis, quantùm est de se, tendit ad non esse: & quantò perfectior, tantò maiori indiget manuten. Dei. Sicut equus minori indiget manuten. quàm Angelus, quia Angelus plures perfectiones habet equo: & omne esse præter primum esse, quãtùm est de se, tendit ad non esse, ideo Cæli in manutenen. tali tam mirabiliter enarrant gloriam Dei. Circa tertium, Cæli enarrant gloriam Dei ex eorum operatione virtuali. Vnde tot variationes, & temporũ mutationes, frigora, calores, pluuiæ, & sterilitates, guerrarum abundantia, & pauca pax, & iustitia, & inter homines quandoque infirmitates, & pestes, & inter animalia terræ, & volucres aëris, & viuentia in aquis: talia de communi

cursu

curſu proueniunt ex influentia Cæli, qui enarrant gloriam Dei. & licet Deus aliter poſſet facere, & faciat quandoque: tamen teſte beato Auguſtino in libro de ciuitate Dei: Sic Deus condidit res, vt ſuis motibus ſinat eas peragere: agunt cauſæ ſecundæ in virtute primæ cauſæ, & operationes earum, quando placet, ſuſpendit prima cauſa, concurrens immediatius ad effectum cuiuſlibet cauſæ ſecundæ, quàm cauſa vniuerſalis ſecunda. Et de iſto concurſu cauſarum ſecundarum aliquid ſcribetur, de operationibus Cæli ſequendo ſcripta Ptolemæi Almanſoris, & aliorum ſapiētum pro tutiori regimine hominum. Circa quod eſt notandum, quòd influentia Cælorum non operatur neceſſariò in hominibus, ſed contingenter iuxta dictū Ptolem. in Centiloquio, Iudicia, quæ tibi trado ſunt inter neceſſarium, & poßibile. Cæli habent principium Creationis, vt tactum eſt, & principium alicuius termini ſignificatur per iſtud principium in Cælis in

prin

principio signi Arietis, in quo signo Sol exaltatur, & Saturnus deprimitur: Sol significat claritatem, Saturnus tenebrositatem. Item in Cancro Iupiter exaltatur, Mars deprimitur. Iupiter significat iustitiam, Mars fraudulentiam, Venus significat cantum & lætitiam, Mercurius Philosophiam, & omnẽ artem, & scientiam: & sic Planetæ habent suas generales operationes cum signis & stellis, cum quibus habent conuenientiam per coniunctionem, vel per aspectum, seu per separationem.



De *natiuitatibus*.

CAPIT. I.


ORTVNAE largæ ſunt, & fides. Infortunæ ſunt Saturnus, & Mars: aſpectus Planetarum boni ſunt trinus, & ſextilis: mali quartus & oppoſitus, nō prodeſt aſpectus trinus, & ſextilis infortunarū, ſicut non obeſt quartus & oppoſitus fortunarum. Ex multis vitæ ſignificationibus in hyleg ſignatur longa vita, & purus intellectus maximus quoque vigor. Cùm fuerit Mercurius in radice natiuitatis in domo Martis erit malæ ſuſpitionis, & feſtinus in ſuis negotiis. Cū fuerit Mercurius in radice natiuitatis alicuius in domo Saturni, erit natus magni intellectus, longæq; cogitationis, ſapiens, & Philoſophus. Nunquam erit pauper, cuius natiuitatis dominus fuerit Iupiter. Quandocunque in aſcenden.

fuer

fuerint infortunæ in natiuitate alicuius turpem notam in facie patietur. Non poterunt oculi euadere ab impedimento graui, in cuius natiuitate fuerint luminaria impedita. Non amittet sensum in cuius natiuitate Luna ierit ad Mercurium. Cuius fortunæ præfuerint natiuitati, erit natus largus, & diligendus, si præfuerint infortunæ, erit abhorrendus. Et si fuerit Saturnus, erit sordidus: si Mars, erit fœtidus. In cuiuscunque natiuitate fuerint infortunæ in octaua domo Cæli, mala morte morietur: si autem ibi fuerint fortunæ, in suo lecto morietur. Non congregabit pecuniam, nec thesaurizabit, nisi ille, cuius dominus ascenden. & dominus quartæ domus fuerit idem Planeta. sicut non lucrabitur pecuniam magnam, nec viuet splendidè, cuius Planeta econuerso se habebit. Non poterit esse inter duos dilectio, nisi fuerint in radice natiuitatis

luminaria commutata:ita vt ſit vnum loco alterius in natiuitate ſui ſocii. Venus illius ſigni in natiuitatibus, in quo ipſa fuerit nato attribuet naturam: vt cùm fuerit in Leone, dabit ei amorẽ, in Tauro cantus, in Scorpione coitus. Quàm magnum impedimentum eſt rerum, quæ ſunt in poteſtate ſigni, in quo fuerit Planeta cadens, vel retrogradus à malo eſſe Solis. Signa ſignificant corpora, Planetæ verò ſignificãt ea, quæ mouent corpora: loca Planetarum in circulo, eorumq́; ſubſtantias, & loca eorum, à Sole ſignificant opus, & deſtructionem. Cùm fuerit Mercurius in decima domo non impeditus, natus erit magnus, ſapiens, magnuſq́; Philoſophus. Cùm in radice natiuitatis impeditur Luna, cecideríntq́; omnes domini triplicitatum cum ileg, maximè verò primus dominus triplicitatis aſcen. fueritq́; in aliquo angulorum fixorum infortuna, iudicabit

nato vitæ paucitatem. Cùm ceciderint omnes domini triplicitatum, fueritq; in aliquo angulorum vna ſtellarum fixarum exaltationis primæ, vel ſecundæ, quæ ſit ex natura dominorum triplicitatum, perficietur nutritio, & tranſibit eam. Cùm dominus aſcẽden. & Luna fuerint in aſcenden. & duæ fortunæ ſimiliter aſpexerint ſe adinuicem, erit natus multum fortis, & potens nulluſq; præteribit eius mandatũ. A gradu aſcenden. ſumuntur accidentia corporum: à gradu verò partis fortunæ eſſe ſubſtantiæ, à gradu quoque Lunæ eſſe corporis, & animæ deprehenduntur à gradu Solis valetudines eius, à regibus, à gradu autem medii Cæli magiſteria, & eorũ opera agnoſcuntur vnicuique gradui dando annum. Fortunabitur, eritq; boni eſſe, & potens ille cuius annus reuolutionis ſimilis fuerit radici natiuitatis, ſi radix fuerit competens, & cuius circulus

Cæli in eadem ſimilitudine fuerit, in qua erat in ipſo anno radicis. Impedimentum Mercurii à Saturno debet impedire linguam, quando eſt aſpectus: deteriùs autem quando corporaliter coniungitur. Cùm fuerit vnumquodq; luminarium in corde gradus ſuæ exaltationis, & in ſuo dominio liberum ab infortuniis, erit natus rex, potens, & magni nominis, & ſemen ipſius hæreditabit terram: obtinebitq; eam multo tempore. Cùm peruenerint infortunæ ad locum conuenientem non nocebunt, ſi non fuerit eis ſignificatio in radice natiuitatis, & ſimiliter fortunæ non proderunt, cùm verò fuerit eis in radice ſignificatio poterit eſſe. Maius infortunium Saturni eſt, cùm fuerit in ſignis fœmininis: Martis verò cùm fuerit in ſignis maſculinis. Principes, quorum negotia ita fuerint, quòd citò ſe vindicant, & perficiũt omne quod deſiderant, ſunt

quor

quorum aſcenden. in principio regni, vel natiuitatis fuerit igneum, & ſimiliter medium Cæli, vel alterum fuerit igneum, & alterum aëreum. Cauſa fortunii, ac proſperitatis eſt, vt ſint dominus domus Solis, & dominus domus Lunæ, dominuſq; aſcend. Orientales, & in angulis, & aſpiciant ſeſe ex bonis locis, id eſt, ex trino vel ſextili aſpectu. Multum potens erit ille, in cuius natiuitate Sol fuerit in medio Cæli, & in ſigno igneo, & Luna in trino eius aſpectu, in ſiniſtro eius. In cuiuſcunque natiuitate fuerit Iupiter receptor fortitudinis omnium Planetarũ, & ipſe commendauerit eas, & ſuam Saturno, fueritq; receptus ab eo, & vterque Orientalis in angulo, erit natus magni nominis, & potens, & boni eſſe figet omne nomẽ ſuum in orbe. Cùm fuerint anguli aſcenden. ſigna mobilia in natiuitate alicuius, & duæ infortunæ in angulis, miſera erit omnis vi-

ta eius. In natiuitatibus, & quæstionibus, quando idem Planeta eſt dominus aſcenden. & dominus rei quæſitæ effectum abſque dubio ſortietur, vt ſi Aries, vel Libra aſcendat: natus erit cauſa ſuæ mortis, niſi Iupiter ſit in octauo, & ſi fuerit Virgo, vel Piſces aſcenden. occupabitur natus in regiis, honoribus, & viuet abſque grandi labore. Et ſi fuerit aſcenden. Capricor. erit natus cauſa conſeruationis pecuniarum ſuarum: quia idem eſt dominus aſcenden. & domus ſecundæ, quæ eſt domus ſubſtantiæ: & per hanc formam, cõſidera in omnibus aliis, conſideraq; naturã ſigni, in quo erit Mars, vel Saturnus, ſi ſint domini octauæ domus, ſi ſint impediti, vel directi, & ſecundum hoc iudica de morte nati, vel de eius operibus.

De

De bellis.

CAPIT. II.


Vndo ad bellum ſanus vadit, & reuertitur, ſi Sol, Iupiter, caput draconis, vel Venus fortunata ſint in aſcenden. aliter non, ſi autem Saturnus ibidem fuerit, timet nimis, & reperit cauſam reuertendi, & non percutitur. Quòd ſi ibi fuerit Mars, vel morietur, vel vulnerabitur ad mortem, ſi in aſcenden. fuerint Mars, & Saturnus, non reuertetur: & ſi Mars eſt ibi, & dominus ſigni eſt in caſu ſuo, non reuertetur: & ſi nullus eſt in aſcenden. reſpice 8. domũ Cæli, ſeu 10. ſi mali in 8. moritur: ſi in 10. capitur. In quæſtionibus de bellis, ſi dominus aſcenden. eſt in Oriente, vel boni Planetæ, quærens obtinebit, ſi mali in aſcenden. vel dominus aſcenden. in caſu ſuo, quærens perdet. aſcenden. & decima domus, vndecima, duodecima, & 3. domus Cæli, & Planetæ ibidẽ

reperti aſsignatur aggredienti 7. domus aſsignatur principaliter defendenti 8.9.6.5. & 4. & Planetæ ibidem reperti. Malus in medio Cæli, ſignificat malum pro quærente, in angulo terræ pro defendente, ſi diu debeat ſtare bellum: ſi aſcen. ſtabile ſit, diu ſtabit: ſi mobile, parũ ſtabit: ſi commune mediocriter. Si dominus aſcenden. & 7. quæſtionis hora fuerint in 4. aſpectu, vel in oppoſito, nõ venient ad pacem, ſi in ſextili, vel trino aſpectu poſsibilis eſt tractatus pacis, & facilis, & poterit tractari pax per homines, qui ſunt de conditione illius Planetæ, qui tunc habet dominium Cæli, quæſtionis hora. Si inter dominum aſcendentem, & 7. non ſit aſpectus, non erit bellum inter partes: & ſi ſit aſpectus bonorum Planetarum, venient ad pacem liberè de conſenſu vtriuſque partis, & firmabitur pax diu duratura. Si defendẽtes habent victualia, vel theſaurũ, Vide octa-

uam

uam domum Cæli, quæ eſt ſecunda à ſeptima,& eſt domus ſubſtantiæ ipſorum defendentium illa domus octaua,& Planetæ,quæ in ea ſunt:& dominus eius oſtendet egeſtatem,vel abundantiam eorum. Si ſint ibi Saturnus, Mars,vel cauda,egent: ſi Iupiter, Venus,caput,vel pars fortunæ abundant. & ſecundum quòd plures ſunt ibidem fortius erit. Et ita conſidera de aggredien. in quæſtionibus de ſecunda domo, quæ eſt domus ſubſtantiæ aggredientis. Si dominus aſcenden. non impeditus eſt in quarta domo, vel habet bonum aſpectum cum domino quartæ domus,quærens in fine finali victoriam obtinebit, vel ſatis de honore, & vtilitate. Si dominus 7. eſt in quarta domo, vel dominus quartæ eſt in ſeptima,bonum eſt pro defendente, hoc eſt vnum teſtimonium ſatis forte in bellis, & querelis, & vtilius pro defendente,vt ſit dominus 7. in 4. non impedi

tus, & hoc quo ad finem negotii. Non eſt bonum volenti bellare, quòd faciat iter domino aſcenden. in 8. dato, quòd dominus aſcenden. eſſet in exaltatione ſua. Non eſt Sol bonus in aſcenden. hora belli, nec etiam cum domino aſcenden. Aries, vel Leo, & in ea parte, in qua Sol & Luna fortunabuntur, erit victoria interrogantis. Nihil prodeſt prælianti, cùm fuerit dominus aſcenden. infortuna, & retrogradus, vel ſub radiis Solis: quòd ſi ita fuerit de domino 7. defendẽs vincetur, & obtinebit in bello, qui prius pugnare cœperit. Caue, ne rex exeat ad præliandum domino aſcenden. eunte ad dominum 7. Nullus debet expugnare ciuitatem, cuius dominus ciuitatis fuerit dominus aſcenden. anni mundi, cùm duæ infortunæ coniungentur, & Luna coniungetur Saturno, in altitudine eadem mutabuntur reges, & erit multa

ta ſanguinis effuſio, & prælia in loco, quæ ſignificatur ab ipſo ſigno.

De aggreſſu viarum.

CAPIT. III.



Vi acceſſerit ad reges, vel ad principem, & Luna ſit in Aquario, recipietur, nec aliquo modo curabit de eo rex, ſi acceſſerit ad eum, & ipſa in Piſcibus auertet faciem ſuam ab eo. Si quis poſtulauerit aliquid ab aliquo, quod videatur fiendum rationabiliter Capric. exiſtente in medio Cæli cum Ioue, & Luna eunte ad eum, vel ſi ſeparata ab eo iuerit ad dominum aſcenden. vel ſi dominus aſcenden. iuerit ad eum, non præteribit, quin breuiter adipiſcatur quæſitum, vel partem quæſiti. Venus ſignificat madefactiones, & pluuias, ſicut Mercurius ſignificat itinera parua, & mutationes. Venus cùm fuerit in primo gradu Cancri, in coniunctio-

nibus luminarium, vel in aliis magnas facit pluuias. Cùm volueris alicui eligere, & non poterit differre, ſi Luna ſit impedita ad opus exequendum apta dominum aſcenden. & dominum rei quæſitæ. Non nocet Mars in peregrinationibus terrarum. In itineribus ſigna fixa vituperantur: mobilia verò commendantur, excepto fine Libræ. Luna concordat Soli, cùm fuerit aucta lumine, & numero, omniſq; ſtella luminoſa ei concordat. Cùm recepit infortuna, fortunam, non impedit eã, maximè autem cùm nõ aſpexerit eam ex quarto, vel oppoſito aſpectu, nec fuerit in eodẽ ſigno. Maximũ eſt impedimẽtum Planetarum, cùm fuerint in locis peregrinis, in quibus non habent dignitatem. Cancri ſignificatio eſt ſuper aquas multùm mobiles: Scorpionis verò ſuper aquas currentes. Riuorũ ſignificatio eſt Piſcium. Omnis res, quæ feſtinanter fit, & feſtinanter

deſtr

destruitur.& quæ reuertitur, est in significatione Martis. Omne, quod festinanter fit,& subitò destruitur, permanetq; diu destructum, est ex natura Saturni, & Martis. In itinere terreo non sit Mars in nona, quia significat latrones, & peior est in secunda, & quando volueris intrare patriam, seu villam,fac vt dominus secundæ domus sit in loco fortunato,& nõ sit in quarta domo, nec in ascendente. Et caue, quando exibis de loco tuo, ne sit malus in septima. quia hoc significat malum futurum tibi in patria, ad quam vadis.quòd si fuerit in domo sui honoris, aut in bono aspectu domini ascendentis, modicum impedit,si dominus nonæ fuerit in ascendente, faciet iter cum honore & vtilitate.& si dominus ascendentis dederit vim domino nonæ,faciet iter ad vtilitatem bonam. & hoc de itineribus longinquis.

Aspice dominum tertiæ in itineri-

bus propinquis,quia ipſe eſt ſignificator viarum paruarum:& aſpice Lunã, quando virtus magna ineſt ei,& fortis eſt in itineribus.

Et nota,quòd in omni re fortitudo domini horæ eſt ſicut fortitudo domini aſcendẽtis,niſi ſit impeditus ipſe dominus horæ. Significator nunciorum, & legatorum eſt dominus quintæ, ſicut ſignificator viarum magnarum eſt dominus nonæ. Horæ Martis, & Saturni malæ ſunt in ingreſſu villæ. & horæ bonæ ad hoc ſunt luminariũ, & aliorum Planetarum. Caue in via ab impedimẽtis Saturni,quæ ſunt multa, & inter cætera, ne ſit Saturnus aſcendens in prima medietate Piſcium, quia ſignat nauem ſubmergi. Et caue in via aquæ aſcendens Cæli igneum, quia octaua,quæ eſt domus mortis,eſt ſignum aqueum, & ne ſit Planeta malus in tertia domo. Si ſit iter ad regẽ, vel ad principem, pone Solem in loco

fort

fortunato,& fac, vt aſcendat Aries, vel Leo, aut Scorpio: alia autem ſigna non ſunt adeò bona, & Scorpio eſt à latere bonus denotans regnum: & caue, ne ſit dominus aſcenden. combuſtus, nec aliter impeditus, nec Soli oppoſitus, nec in quarto aſpectu, & ne Luna ſit aſcendens. Et ſi fuerit Sol in die in domo ſui honoris, & ſimiliter Luna in nocte: tunc eſt melius, & vnus illorum ſit dominus horæ. & ſi Sol, & Luna aſpiciant domum 10. tantò melius: & ſi dederit Sol, vel Luna, vim domino aſcenden. bonum eſt. Si volueris alicui eligere horam, & partem mundi, quæ eſt ei vtilior, ſcita natiuitate, vel quæſtione: vide, ſi fortunæ ſunt ab aſcenden. ad medium Cæli coniunctæ, cum domino aſcenden. pars Orientis eſt ei vtilior: & tantò melius ſi hora quæſtionis ſit à principio diei, vſq; ad meridiem. Si ſupradictæ fortunæ ſunt à ſeptima domo, vſque ad quartam, pars

Occidentalis eſt ei vtilior. & ſi quæſtio fuerit facta à principio noctis, vſque ad mediam noctem: tantò fortius. Si prædictæ fortunæ fuerunt à quarta domo vſque ad principium Orientis, Septentrionalis, erit ei vtilior: & fortius, ſi quæſtio fuerit facta ab hora mediæ noctis, vſque ad ortum Solis: & melius ſi Planeta horæ illius fuerit fortuna, & dominus aſcenden. fuerit fortunæ coniunctus. Si quæſtio fuerit de homine, an citò reuerti debeat, reſpice, ſi fuerit dominus aſcẽden. in 10. aut in aſcenden. vel Luna: aut dominus aſcenden. ſit retrogradus in aliquo iſtorum angulorũ, citius veniet: & ſi in ſigno mobili, propè eſt, vt veniat, & poſt citò in ſigno communi: & ſi fuerit dominus aſcenden. directus oſtendit tarditatem: & ſimiliter, ſi dederit vim Planetæ exiſten. in nona domo, vel tertia, & ſi dominus aſcenden. fuerit in ſeptima, dominus horæ habet

bet magnum poſſe,quando non eſt im
peditus:quoniam ſi fuerit in domo de-
cima in ſigno mobili, veniet citò, &
non moretur diebus,ſed horis.& poſt-
quam videris, quòd veniet, inſpice,
quot ſunt gradus inter illum Planetã,
qui ſignificat reditum,& gradũ aſcen-
den.& da cuilibet gradui diem, vel ho
ram,ſeptimanam, vel menſem, ſecun-
dum quòd videbitur. & Luna habet
magnum vigorem in tota quæſtione:
tamen ſi fuerit in domo ſecunda, ſex-
ta, octaua, vel duodecima, non cures
de ea,ſi aſcenden.fuerit Leo, vel Sagit
tarius, aut Aquarius parum dubites
Lunam: & non eſt ſimiliter de aliis ſi-
gnis, & eſt ratio propter proportio-
nem ſuæ domus ad domos nominatas.
Item per aliam viam da dominũ quin-
tæ domus nuncio, & legato. quærenti
verò dictum dominum aſcenden.& vi
de qualem applicationem habet domi
nus quintæ,cum domino aſcenden. &
ſecun

ſecundum hoc iudica. Si aliqua quæſtio inſeratur cum quæſtione reuerſionis, vt de pecuniis reportandis, vel de honore, vide qualem applicationẽ habet dominus nuntii, ſcilicet dominus nuntii quintæ domino ſubſtãtiæ, vel ad dominum honoris, qui eſt dominus 10. & ſecundum hoc iudica: & ſi ſit ſeparatio domini nuntii ab alio domino, eſt factum benè, vel malè, ſi ſit applicatio in toto, vel in parte, ſecũdum fortitudinem ſignificatorum. Et nota impedimenta, vel adiutoria ſignificatorum. alio modo de reuerſione, vide, ſi quæſtio ſit hora Lunæ, & ipſa ſit fortis in figura Cæli, ipſa erit ſignificatrix reuerſionis viæ, ſi habeat aſpectum ad dominum quintæ, quando perueniet ad radios domini quintæ, vel ad locum in quo erit dominus quintæ quæſtionis hora. vel ſi ipſa Luna aſpiciat aſcenden. quando perueniet ad locum aſcendentis, vel ſignificato

catoris principalis Cæli habentis potestatem super facto viæ, iudica reuersionem, si figura ostendat reuersioné breuem.

De his, quæ dirigunt Astrologum.

CAPIT. IIII.

QVantus erit error Astrologi, si septima domus Cæli, cuiuis hora & eius dominus fuerint impedita, quia ascenden. & eius dominus sont significatores interrogãtis septimæ, & eius dominus sunt significatores rei quæsitæ: cùm igitur infortunati fuerint, significant malitiam; & errorem, quem consequetur Astrologus in re illa, pro qua interrogatur, & eius intellectus ex influẽtia Cæli obnubilatur: super quo consueui ego videndo impedimentum in septima domo, recurrere specialiter ad sequentem orationem.

DOMINE Deus omnipotens deprecor te per tuum nomen magnum, & admirabile, quatinus mihi ſeruulo tuo digneris concedere timorem nominis tui, atque amorem cum humilitate non ficta, qui ſtudia, & conſilia, labores, & opera, ſomnia, & deſideria ſuperborum in propria virtute confidentium, & non in te, infatuas, adnihilas, mutilas, & eclipſas, reprobas, & caſtigas, derides, & mortificas, humilias, & condemnas, reſecas, & paruificas: me paruum nō deſpicias, & paruificatum nutrias, & intellectum meum ab errore cuſtodias eum illuminando, voluntatem tuo amore inflammando, ſtabiliendo memoriam ad tuum ſemper beneficium memorandum, Amen.

Datur documentum Aſtrologo, quòd nunquàm eligat liberè, & frequenter, quia in ſuſcipientibus Cæli influentia non operatur æqualiter. Vt verbi gratia, aliqui transfretant mare

ſub

ſub vno & eodem momento temporis, aliqui moriuntur in via, aliqui depauperantur, aliqui ex illis reuertuntur ad domos proprias cum lucro, & ſanitate. Et cauſa iſtorum eſt, quia ad bene iudicandum Aſtrologus deberet ſcire horam, & figuram natiuitatis: quia aliquando natiuitas propria alicuius, vel reuolutio ſuæ natiuitatis promiſit ſibi aliquod horrendum venturum, quod euenit, & ita fuiſſet in domo, vel in patria, ſi non transfretaſſet mare: quare electiones Aſtrologorum non debent eſſe, niſi pro magnis hominibus, quorum natiuitates & reuolutiones, vel complexiones ex influentia Planetarũ ſciuntur. Aſtrologus bonus multum malum prohibere poterit, quod per ſtellas vẽturum eſt, cùm eius naturam & influentiam præſciuerit. Sic enim præueniet, cui malum futurum eſt, vt poſsit illud leuius pati. Vt cui malum venturum eſt per Martem, per bonum

temperamentũ aliquorum impedientium influentiam Martis reducet ad temperamentum: vel si inconueniens sit venturum ex influentia Saturni frigiditate temporis, vel indispositionis personæ, per domum calidam & ignẽ tempore hyemali, & cibaria competentia impediet in toto, vel in parte. Noli festinare in iudicando cùm Planetæ coniungentur adinuicem, nisi prius consideres naturam signi, in quo coniunguntur, vtrum sit ex eorum similitudine, vel non. Si enim fuerit ex eorum similitudine, cõfortabit ipsorum significationem, cùm influentia Cæli aliquid tibi ostenderit, quod vẽturum est à secundis stellarum influentiis, testimonium secundarum stellarum effectus sunt, qui fiunt in aẽre, vt sunt circuli circa corpus Solis, & Lunæ, & aliorum Planetarum, & stellarum, vt sunt cometæ, & radii plus solito ante stellas, coloresque apparentes in aẽre,

corre

correſpondentes corporibus cæleſtibus. Et de hoc eſt quædam alia ars ſecurior in iudicando arte prima: & circa hoc, ſi iudicium capitis anni oſtendat infirmitates humidas, iuxta ſententiam Aſtrologi. Vnde iuxta ſententiā medicorum, ſi hyems præterita fuerit pluuioſa, erit adiutorium teſtimonii ad iudicandum infirmitates humidas & frigidas. Figura circuli in quæſtionibus magnæ ſolicitudinis eſt ad ſimilitudinem animæ ipſius quærẽtis cum ipſo Cælo. Vniuerſalis quæſtio natiuitati aſsimilatur, reuolue igitur annos eius, & ſuper eos iudica. oportet in omni inceptione aptare circulum Cæli ad naturam eius, quod quis incepturus eſt. Non commendatur yctiſal Lunæ ad Martem, & domibus Veneris, nec ad Iouem & domibus Mercurii, neque ad Solem, & domibus Saturni. Angulus Orientalis ſignificat pueros, & iuuenes cuiuſcunque principii:

medium verò Cæli Reges & Principes, Legiſtas, & omnes dominos, & Iudices, & præliorum rectores, quoque ſenes, atque defunctos, mulieres & inimicos, & omne vetuſtum: angulus autem terræ patres, & terras, locum etiã in quo natus eſt infans, horam quoq; & ſepulchra demonſtrat. Planetæ, qui grandes dant diuitias, ſunt tres. Iupiter, Sol, & Mercurius: accipies ſignificationem ſectarum & regnorum ex coniunctione Iouis, & Saturni ex mutatione eorum à triplicitate in triplicitatem, & conſidera horam eorum, locum Martis cum duobus ſuperioribus ex ſignis fixis mobilibus, atque communibus, & mitte: & in hora deſtructionis rerum, & cùm fuerint mali, vel alter eorum in ſigno ad imaginem hominis, & iunctus fuerit, & alter malus ex coniunctione, aut ex quarto aſpectu, vel ex oppoſitione, erunt in hominibus peſtilentiæ. Et ſi alter malus, vel

ambo

ambo fuerint retrogradi, erit calidius, atque velocius: & si coniunctio, vel aspectus sit ex aliquo angulorum, erit fortius: & si fuerit fortior Mars, erit hoc malum ex bello, vel ex infirmitate calida. Quòd si Saturnus fuerit fortior, erit mors vel malum ex similitudine Saturni.

Significatio Planetarum super colores. Saturnus significat nigredinem, & obscuritatem. Iupiter viriditatem. Mars rubedinem, & quandoque citrinitatem. Sol, & Venus albedinem. Mercurius multos colores habet in sua significatione. Luna subalbescit.

De ædificijs inchoandis.

CAPIT. V.



SI velis ædificare ciuitatem, vel ædificium duraturũ, considera in fundatione ciuitatum stellas fixas primario, & conferas eis Planetas beneuolos. In fundatione

domorum, conſidera primò Planetas, & conferas eis naturas ſignorum, & ſtellarum de natura ſtabilitatis, dum Luna fuerit meridionalis deſcendens in Scorpione, vel in Piſcibus: non incipias ædificare, quia citò ruet ædificiũ. in omni inceptione fundationis melius eſt, dum Luna eſt in Aquario, vel ſit Luna in loco fortunato, reſpiciens Aquarium aſcenden. & fortunæ aſpiciant gradum aſcenden. Bona ſunt ſigna firma, vt Leo, & Taurus, Luna exiſtente in eis, vel quòd iſta ſigna aſcendant, & quòd domini aſcenden. non ſint combuſti, nec retrogradi, nec in caſu ſuo, nec in malo aſpectu: & ſi poſſit fieri, vt luminaria aſpiciant dominum aſcenden. vel aſcen. bonum erit. & ſi poteris in fundatione ciuitatum, vel domorum, pone Saturnum in 12. cadentis, & maximè in 8. Mars, in 3. vel 9. non eſt bonus. Saturnus in 11. bonus eſt de die, & in nocte, in 5. Mars eſt

econtra. Caue, ne ponas ſignum mundi 7. ſignum fundationis, quoniam hoc eſt ſignum inimicorum ſuorum: & pone dominum aſcend. in loco ſuæ augis, quia ſi deſcendat ab auge, vel ſit in oppoſito augis, malus eſt, quia tunc Planeta eſt retrogradus. Si fuerit malus in domo 10. & non in ſua dignitate ruet ædificium, & peior eſt Mars in hoc Saturno. Ciuitas fundata hora, qua Mars eſt in medio Cæli, maximè ſi ſit infortunatus, malè erit illi ciuitati ex brigis, & multi principes eius morientur gladio. Caue in fundatione domorum, ne ſit Luna cum Saturno coniuncta, vel cauda, aut ſit Saturnus in aſcenden. vel in quarta domo infortunatus: quia hoc ſignificat tarditatē, & duritiam in opere, & quòd non erigetur, vel quòd ſi erectum fuerit, & habitatum, nō ceſſabūt habitatores eius pati timores, & illuſiones, & infirmitates, ac latrones, & tribulationes, &

fundetur ædificium , & forſitan cadet. Et ſi aſpexerit Mars ex malo aſpectu, & fuerit in circulo augis, ſuper domum timebitur combuſtio : & ſi fuerit in aliqua domo aliqua infeſtatio phantaſtica, & volueris remouere eam aliquo ingenio, caue, ne ſit Luna in aſcenden. in aliquo horum ſignorum, ſcilicet Cancro, Leone, Scorpione, vel Aquario : ſed in cæteris extra hæc ſeparata â malis, & iuncta fortuniis, & caue, ne prædicta quatuor ſigna aſcendant.

De Medicinis.

CAPIT. VI.

PErfectus Medicus erit, cui Mars, & Venus fuerint in radice natiuitatis fortunati in ſexta domo. Non eſt bona ſanguinis minutio, dum Luna fuerit in Geminis, ſicut nec eſt conueniens, vti ventoſis, dum Luna fuerit in Tauro. Meliora

liora ſigna in accipiendo purgatoria ſunt aquatiqua, & eorum melius eſt Scorpio, vltimum Cancer. Non eſt bona conuerſio Luna exiſtente in Scorpione, ſicut non eſt bonus vomitus, cùm ipſa fuerit in Leone. Saturnus, cùm fuerit in ſignis fixis, facit mortalitatem: hoc autem ſapientes longo tẽpore experti ſunt. Cùm fuerit Mars cum Sole in ſignis Septentrionalibus, erit calor maximus. Similiter cùm Sol ierit in ſignis meridionalibus, erit frigus maximum. Saturnus Orientalis, Mars Occidentalis ægros minus impediunt. Iupiter in Septentrione, Venus in meridie bonum augẽt, cùm ipſi fuerint domini aſcenden. infirmi quæſtionis hora. Deteſtabilius in ſignificatione ægroti eſt, vt ſit ſignificator interrogationis ingrediens radios, vel pars fortunæ infortunata. Timor magnus eſt ſuper infirmo, cùm interrogationis hora, ambo luminaria fuerint ſub terra.

terra. Quando Luna, vel Planeta, qui eſt dominus rei quæſitæ recedit ab infortunio, & vadit ad aliud infortuniũ per malum aſpectum, vel per applicationem corporalem ſignificat malum effectum, fiendum maximè in infirmitatibus, eſt ſignum mortis. Quãdo malus eſt dominus octauæ, & eius hora ſit quæſtio, & bonus Planeta ſeparatur ab eo, qui eſt dominus infirmitatis, & reperitur in aſcenden. maximè in prima medietate quæſtionis hora, ſignum eſt mortis, quia transfert naturam domini mortis ad domum vitæ, & fortius eſt quando dominus 8. eſt retrogradus, vel aliter impeditus: & tunc infirmus nocet ſibiipſi, & eſt mali regiminis, & deterius eſt quando dominus 6. eſt malus in aſcenden. Si frater Germanus quærat, quis prius morietur, vel ipſe, vel frater ſuus, conſidera dominum tertiæ domus, qui eſt ſignificator quærẽtis, quòd ſi Mars, Sa-

turnus, vel cauda ſint in aſcenden. vel domini aſcenden. vel dominus aſcend. infortunati ſit in 8. vel in 4. ipſe quærens, vel pro quo eſt quæſtio prius morietur. Si dominus tertiæ malus ſit repertus in domo 8. non quærens, ſed frater ille citius morietur. Et ſecundum hoc poteſt conſiderari de morte violenta, vel naturali, vt in natiuitatibus. Et nota circa hoc, quòd ſi dominus aſcenden. ſit bene in aſcend. non infortunatus: bene habebit quærens.

De electionibus.

CAPIT. VII.



IN electionibus regum, & principum commendantur ſigna Planetarum altiorū, ſicut in electionibus communibus, & inferioribus commēdantur ſigna Planetarum inferiorum. Illa quæ fortunium alicuius indicant, ſunt Iupiter, pars fortunæ, & pars dominationis do

mus


mus quoque ſecunda, & quæ in ea ſunt eiuſque dominus, & domini triplicitatis luminaris, cuius fuerit autoritatis, & dominus decimæ, & quæ in ea fuerit. Cùm ſignificatio fuerit inter aſcendent. & domum decimam, erunt dies & horæ. Cùm verò fuerit inter 9. domum, & 7. erunt menſes & ſeptimanæ inter 7. domum, & 4. cùm fuerit ſignificatio, erunt anni. Cùm coniungẽtur duæ fortunæ, coniungeturq; Luna Ioui, in latitudine, erit iuſtitia, & quies, & terra dirigetur: ſi autem Veneri coniungatur Luna, erit alacritas, & gaudium inter homines, ſaluſq; corporum, atque proſperitas. in magnis, & exaltatis, rerum diuitiis laudatur, vt ſint luminaria in terminis fortunarum ſeſe aſpicien. & vt domini terminorũ ſint in natura rei incipiendæ res circuli, quæ expleƈtuntur. Cùm diuerſificantur duo climata, diuerſificantur eorum aſcenſiones,

& Planetarum aſpectus, & eorum radii. Cùm verò diuerſificantur duæ latitudines, diuerſificantur circuli eius, & circuli motus. Cùm fuerit Iupiter in Ariete directus, abſque malo aſpectu infortunarũ, dabit fortitudinem & bonum regimen, in quo nulla fiet iniuſtitia. Si quæritur vtrum impetrare poterit beneficium Eccleſiaſticum, quod intendit, ſi proſequatur cauſam, vel nõ, vide primam domum pro quærente 9. pro Eccleſia 2. & 11. pro fortuna rei deſideratæ 10. pro honore 4. pro fine totius. Si vis ſcire qualis erit finis rei inceptæ bonus, vel ecõtra, reſpice dominum 4. ſi fuerit in ſignis rectis, denotat finem bonum, & ſi in obliquis econtra. & ſi fuerit fortuna in 4. vel aſpiciat 4. aſpectu amicitiæ, & maximè ſi fuerit ei aliqua dignitas, bonum ſignum eſt, & econtra, ſi ibi fuerit malus, & maximè Mars, & reſpice Lunam, & dominum eius, ſi fue-

rit directus, aut sub Sole. Et si quæstio fuerit pro terra Saturnus, aut sub Sole: & si quæstio fuerit pro terra, Saturnus non malè stat in 4. nisi aliundè esset impeditus, quoniam Saturnus significat terras. Et vt clarius pateat, dabo tibi tale exemplum practicatum de electionibus.

Anno fluente domini 1417. & die 17. Augusti, completis 6. horis post meridiem, cum 6. grad. Cæli. Magister Iohannes Symonis, magister in artibus, & licent. in Medicina, proposuit quæstionem talem, si in breui aut ante natiuitatem Domini, fiat electio Papæ, & si sit infra quantum tempus, habebitur electio Papæ in consilio generali Constantiæ: cuius incidit talis figura Cæli super Viennens.

ASPE



ASPEXI in hac quæstione ad dominum ascen.& ad Lunã,& ad dominũ nonæ : & dedi dominũ ascend. & Lunã electoribus, dñm 9. electioni dñm 7. rectoribus,& procuratoribus electionis,& impeditoribus, & consideraui Iouẽ dñm ascen. retrogradũ, si esset direct⁹, & velox dicerẽ electionẽ fiendã 17. die à quæstione

facta, quia eſt in aſcen. & per tot grad. diſtat ab aſcenden. ſed quia retrogradus, dico, quòd non fiet electio, donec dirigatur, nec dirigetur ante duos menſes, cum dimidio. Conſideraui inſuper, quòd inter Lunam, & Iouem non eſt aſpectus, nec inter dominum nonæ, & dominum aſcenden. quare videbitur multis tempore intermedio exiſtentibus in conſilio, quòd electio Papalis ibidem non fiet, nec ſequetur ex iſto conſilio. Præterea conſideraui dominum 7. Mercurium ſeparatum ex oppoſito à domino aſcenden. per hoc mihi videtur iudicandum, quòd iam concluſum eſt, quòd Cardinales, qui de communi conſuetudine habent electionem Papalem, non habebũt ſoli hac vice, imò magnus numerus eligentium Papam ponetur in conclaui, cum Cardinalibus, quorum voces numerabuntur æquiualẽter vocibus Cardinalium. Et ſi Iupiter non eſſet in

aſcen

aſcenden. qui eſt ſignificator Cardinalium, non iret tam bene negotium Cardinalium. & ſi ſoli eligant, quod poteſt fieri, quia Iupiter eſt in aſcend. ſatis laborabunt, tamen potius ſpero, quòd non, quàm quòd ſic. Hic ad propoſitum eſt aſpectus inter Lunam, & dominum 9. Luna vadit ad quartum aſpectum, præcedit iurgiũ electionẽ: electio Dei dono ſatis bene terminabitur, quia Luna hoc oſtendit prope 9. domum ad 2. grad. Et quia recipitur à domino 9. imperator, & cuſtodes conſilii principes magis fauebunt conſiliariis nationum, quàm Cardinalibus, hoc oſtendit Sol in Virgine, in domo clericorum. Spero electionem fiendam circa 10. Nouembris huius anni, quia Iupiter dominus aſcenden. erit in principio directionis & fortitudinis, vel diſpoſitionem ſatis propinquam, & eligetur Cardinalis: quia Iupiter eſt in aſcenden. hora quæſtionis,

& erit homo audax, rubeus in facie, circunſpectus, ad hoc facit Mars dominus 9. oſtendit cholericum eligēdum, & adiuuat caput Draconis in 9. & in domo Martis erit diues, pluſquam credatur propter partem fortunæ in domo 2. dominium eius erit nobile, quā-tumcunque duret propter aſcend. & & domum 10. ſub dominio Iouis: & erit Luna tempore electionis fiendæ in domo diurna Iouis, videlicet in Sagittario: quia quæſtio facta eſt de die in domo Iouis domini aſcenden. & ſi tunc non fiat electio, Luna exiſtente in Sagittario, fiet poſt infra 7. dies Luna in Piſcibus, in alia domo Iouis 2. Luna eunte ad coniunctionem corporalem Iouis, & melius pro electo iudicio meo. tamen potius ſpero electionē fiendam circa 10. Nouembris, quàm circa 17. quia quæſtio fuit facta de die, quia inter Lunam, & Iouem, non eſt aſpectus, nec inter dominum 9. & dominum

minum aſcend. eligetur ex abrupto, & ſubitò quidam Cardinalis, de quo non ſperabatur in principio electionis, nec ipſemet ſperabat electionem terminandam ſupra ſe, & conuenient omnes electores vniformiter in eum conuenientibus illis, de quibus ſperabatur, & cum gaudio recipietur eius electio ab omnibus ibidem in conſilio exiſtentibus. Et ita factum eſt tempore aſsignato die 11. Decembris, in die ſancti Martini, eiuſdem anni electus fuit dominus Cardinalis de Colomna Romanus, in ſummum Pontificem electione Cardinalium, & electoribus nationum, conuenientibus vniformiter in eum: & nominatus fuit Martinus quintus, quia in die ſancti Martini fuit electus.

De mercantijs, & ſubtilitatibus inchoandis.

CAPIT. VIII.


Vi emerit aliquid Luna existente à capite Cancri, vſque in finem Sagittarii emet charè, vendet viliter. Econtra autem, cùm fuerit à principio Capricorni, vſq; in finem Geminorum. Cùm volueris ſeruum emere, ſeu concedere, caue ne iungatur Luna malis, aut ſit ſub terra malus habens dominium, vel ſit Luna in ſigno mobili, quia ſignificat, quòd ſeruus ille erit infidelis, & fugitiuus principium Libræ ad hoc valet. Taurus, & Aquarius valent, vt ſeruus ſit patiens, & honorans dominum ſuum. Luna in Scorpione, & Leone cupidus, & latro: & ſit Luna in ſignis communibus, maximè in prima parte, quia erit laudabile præter Piſces, quia Luna in Piſcibus cogitabit ſeru⁹ in animo ſuo proditionem contra dominum ſuum, & detrahet ei, vbi non fuerit. Et caueas coniunctionem Lunæ cum malis, ſi volueris librũ ſcribere, vel ſcientiam addi

addiſcere,aut artificium operari,pone Lunam in domo Mercurii,aut Saturni, aut Iouis vtilitate:quia iſtæ domus ſunt aptæ ad ingenia, & doctrinas: & caue,ne Mars ſit in angulo,& fac ſemper dominum aſcenden. velocem curſu, & latitudo eius Septentrionalis aſcendens ad augem epicicli, & Luna recipiat vim alicuius boni Planetæ exiſten. in angulo ſi fieri poſsit. Elige in ſubtilitatibus operãdis,& inchoandis Mercurium in aſcenden.non impeditum,vel in medio Cæli habentem aſpectum ad bonos Planetas, & Luna habeat aſpectum ad eum. Caue in inchoationibus ſubtilitatum horã Martis, & ne Mars aſcendat in prima domo Cæli, vel habeat vim in operatiõe eadem. Perpende naturam rei in ſubtilitatibus ad quam vis operari. Si velis operari opera, quæ fiunt ad ignem, & ſæpe habent reiterari, aſpice vt ſit Luna in ſigno communi,& melius eſt

ſignum Sagittarii in hoc, & ſit ſalua ab infortuniis, & ſimiliter dominus aſcenden. Si velis operari in auro, apta Solem, quantùm poteris, in argento apta Lunam, & partem fortunæ, & dominum domus 10. maximè ad habendum magiſterium de lucro, & diuitiis per viam quæſtionis, ſi dominus 2. ſit in 2. domo, aut in aſcenden. vel in ſuis dignitatibus, maximè ſi fuerit Iupiter, aut Mercurius dominus 2. in domo, & in ſigno conuenienti, ad hoc iudica ſecundum eum, & ſecundum partem fortunæ, & ſecundum dominum, partis fortunæ, & ſecundum aſpectus, qui ſunt inter eos, & quæ aſpiciunt dominum domus ſecundæ.

De theſauris abſconditis.

CAPIT. IX.



Onſideratio de theſauris abſconditis pertinet ad quartam domum Cæli, & ad dominũ

minum eius, vnà cum domino aſcend. & ſi in natiuitate alicuius fuerint domini iſtarum domorum fortunati, & Sol, & Luna aſpiciant aſcenden. talis erit habilis ad citò reperiendum theſaurum abſconditum, in quæſtione ſi dominus 4. domus fortunatus fuerit in aſcenden. vel ecõtra dominus aſcẽden. fortunatus in 4. domo ſignificat rem abſconditam poſſe reperiri, vel in angulis Cæli idem. Si in quæſtione veniat Saturnus in aſcenden. vel Mars, vel cauda ſignificat laborem quærentium vanum, & illuſionem in facto, ſi boni Planetæ veniant in angulis, ſigni ficat poſsibilitatem inuentionis, ſi ſit ibi. Ad ſciendum ſi ſit ibi theſaurus, vel res abſcondita valoris, conſidera angulos Cæli præcipuè angulũ aſcenden. poſt 4. domus, tertio angulum 10. de 7. modicum cures, ſi infra hos primos gradus ſit bonus Planeta, argu mentum eſt, quòd eſt ibi aliqua res ab-

ſcondita. Signum 4. domus conſidera (cōſiderata domo, in qua fertur eſſe theſaurus ſecundum quatuor partes Cæli) & ſi fuerit ſignum 4. domus terreum tribus partibus abiectis teneas Occidentem: ſi aquaticum, Septentrionem: ſi igneum, meridiem: ſi aëreum Orientem iterum partire, donec inueniatur. Signa firma ſignificāt ſub terra eſſe mobilia in tectis: communia ſignant in pariete eſſe rem abſconditam. Significatio Planetarum in locis. Sol ſignificat in loco patenti. Luna prope ianuam. Saturnus in loco fœtido, & humido, Iupiter in loco dominii obſequii, Mars in lare ignis, Venus in loco thalami, Mercurius in teſtitudine: & cōſidera, vbi ſunt alia teſtimonia: & cuius naturæ ſigna, an Orientalia, vel Occidentalia, Meridionalia, vel Septentrionalia, & in qua parte, dextra, vel ſiniſtra. Et ſi dominus aſcēden. eſt in ſuo honore, erit carum: ſi

in ſuo caſu, vile. Si dominus aſcenden. eſt Orientalis, erit nouum. Si Occiden talis, erit res antiqua: ſi eſt fortunatus, erit integrum: ſi infortunatus, diminu tum, vel immundum. Signa aërea, & ignea ſignificant res magni valoris: ſigna terrea, & aquatica res modici valoris.

De Matrimonijs.

CAPIT. X.



Onſidera aſcenden. pro viro & 7. pro muliere, & in qua parte fuerint boni Planetæ, erit melius pro illo, & caue finem Libræ, & principium Scorpio. pro vtroque. Caue in deſponſatione, ne Luna ſit prope coniunctionem Solis, quia hoc ſignificat mortem, & ne ſit in via combuſta Libræ, quia ſignificat finẽ malum. Malum eſt in matrimoniis, quòd Luna iũgatur Saturno, vel Marti: quia non erit pax inter eos, nec amor. Si vis eligere, vt ſit abundantia

puero

puerorum inter eos, elige, quòd Luna non impedita ſit in Cancro, Scorpione, vel Piſcibus, & vigent, cùm fuerint in Occidente. & elige in omnibus matrimoniis, quòd Luna ſit creſcens lumine, & numero, ſi poſsit fieri, & quòd non ſit malus aſpectus ad Solem, nec ad duos malos.

De prognoſticatione cogitationum, & aliorum ſecretorum.

CAPIT. XI.

CV'm audieris noua, vel de eis erit quæſtio, conſidera aſcenden. & dominum eius, & horam. & ſi in aſcenden. fuerit cauda, Saturnus, vel Mars, erit falſum, ſi in aſcenden. fuerit Iupiter, vel Sol, eſt verum. Et ſi nullus fuerit in aſcend. vide 5. domum. & ſi aliquis de veris in 5. ſit, verum eſt. & ſi nullus in aſcenden. vel in 5. vel 11. fuerit, iudica ſecundum dominum horæ, & conſidera, vtrum ſit

direct

directus, vel retrogradus, & cum quibus habet aſpectum, & in qua domo eſt hora quæſtionis, vel verborum. Pars rumorum accipitur in die, & nocte à Mercurio in Lunam, & proiicitur ab aſcenden. & hæc pars ſimilis eſt parti ſeruorum, quia ſi fuerit hæc pars in angulo, vel in ſigno fixo, vel ſigno directæ aſcenſionis, erunt veri rumores: & ſi fuerit aliter, erunt falſi. Si dominus 3. domus fuerit in coniunctione bonorum, boni erunt rumores: ſi malus mali, & iudicabis primario per dominum 3. cum circunſtantiis eius, deinde per dominum 5. ſi fuerit aſcen. ſignum fixum, veri erunt rumores de communi curſu. Et ſi fuerit aſcend. ſignum mobile, & maximè Aries totũ eſt falſum: ſi commune, partim erit verum, & partim erit falſum. & reſpice locum Lunæ, & accipe teſtimonia ab ea, ſecundum quòd fuerat in ſigno fixo mobili, vel communi: & fortunæ

ſignifi

ſignificãt verum, ſi fuerint in angulis: & m, alifalſum, niſi fuerit rumor de bellis, aut lite: tunc Mars ſi fuerit in vno angulorum, veri erunt rumores: & ſi Iupiter ibi fuerit, non confides, quoniam hoc eſt ſuæ naturæ contrarium. Similiter ſi Saturnus fuerit in vno angulorum, & ſit quæſtio de morte, captiuitate, vel morbo, erunt veri rumores, hoc enim eſt de eius natura. Si quæſtio fuerit de nuncio, bonum vel malum nunciante cum litera, aſpice illum, qui mittit literam à Planeta, à quo ſeparatur Luna coniunctione, vel aſpectu, & à domino aſcend. & inſpice illum, propter quem ſcripta eſt litera, ad quem mittitur nuncius à domino 7. & à Planeta, cui vim dederit, ſeu cui applicatur, & inſpice locum Lunæ, & aſpectum Planetarum ad eam, ſi ſint fortunæ, aut mali, & locum Mercurii, quia vis eius eſt magna in ſcribendis literis, & tali modo de litera, ſeu epi-

ſtola

ſtola iudicabis. Volens occultum aliquod inquirere, pone dominum aſcenden. in loco, in quo det vim Planetæ, qui eſt in 10. vel 11. & vt Luna det vim Planetæ, qui ſit ſupra terram, & dominus horæ ſit Iupiter non retrogradus, nec infortunatus, aut combuſtus: caue, ne ſit Saturnus in quouis angulo, nec dominus horæ: ad idem de Marte. Volens ſcire tempus euadendi carcerem, vel captiuitatem ex quæſtione, aſpice aſcend. & dominum eius, & ſi inueneris dominum aſcend. in quouis angulo, & peius in 4. tardabitur eius liberatio. & ſit Luna in quouis angulo, & peius ſi dominus 12. eſt ei coniunctus, vel aſpicit eam. & ſi dominus 12. domus, cum domino aſcend. eſt coniunctus, & eſt infortuna, ſcilicet Saturnus, vel Mars, deficiet in carcere. Si videris in angulis dominos angulorum, non exibit de carcere. Vel ſi dominus aſcend. fuerit combuſtus, & fuerit receptus

ceptus à Sole, non morietur illic. Si vis ſcire voluntatem illius, qui incarcerauit eum, aſpice 7. domum, & dominũ eius, aut dominum honoris, ſi non aſpexerit dominum domus, & aſpexerit dominum honoris, & ſcias quales ſunt ipſi ad Lunam, & ſecundum hoc iudica. Signa mobilia ſignificãt egreſſum, ſimiliter dominus tertiæ ſi ſit in bono loco, & habeat aſpectũ ad aſcẽd. De cogitationibus hominum reuelandis, quæ proueniunt ab influentia Cæli, non de his, quæ ſubiacent mentibus virorum perfectorum, aſpice dominũ aſcen. vbi ſit, & quòd nõ retrogradus, nec cõbuſtus in caſu ſuo: quia tunc ſecundum Lunam, vel dominum horæ eſſet reſpondendum: ſi dominus aſcenden. fuerit in aſcend. de perſona ſua cogitat, ſi in 2. domo fuerit, cogitat de rebus ſuis, aut de acquiſitione rerum temporalium. Si in prima parte tertiæ domus fuerit, cogitat de via. Si in ſe-

cunda

cunda parte, de fratribus, vel propinquis. Si in prima parte quartæ domus fuerit, cogitat de patre, aut de matre, vel parentibus antiquis. Si in ſecunda parte, cogitat de villa, vel domo, vel naue, vel arte. Si in tertia parte, cogitat de ſuo regimine, vel ſuorum amicorum antiquorum. Si in prima parte quintæ domus fuerit, cogitat de filiis, vel nepotibus, vel de ſuis diſcipulis: Si in ſecunda parte, de gaudio, vel ludo. Si in tertia parte de indumentis, & ornamentis. Si in quarta, de rumoribus, vel de libris, vel de nunciis. Si in prima parte ſextæ domus fuerit, cogitat de infirmitate. Si in ſecunda de ſeruis, vel beſtiis. Si in prima parte ſeptimæ fuerit, cogitat de vxore, vel amaſia. Si in ſecunda, de ſocietate. Si in tertia, de fure, vel abigente. Si in prima parte octauæ fuerit, cogitat de more, vel timore. Si in ſecunda, de diuiſione poſſeſsionum. Si in tertia de debitis. Si in prima

parte nonæ fuerit, cogitat de fide, vel legibus. Si in ſecunda, de itinere. Si in tertia, de honore. Si in quarta, de ſomniis. Si in prima parte decimæ domus fuerit, cogitat de principe, vel potente. Si in prima parte vndecimæ domus fuerit, cogitat de mercantiis, & mercatoribus. Si in ſecunda, de diuitiis, vel ditoribus. Si in ſecunda, de diuitiis, vel diuite. Si in tertia, de amico, vel amica. Si in prima parte duodecimæ domus fuerit, cogitat de inimico. Si in ſecunda, de captione, vel miſeria. Si in tertia, de beſtia: quòd ſi dominus ſigni aſcēdentis fuerit combuſtus, vel in caſu ſuo, ſeu in ſigno fœminino: & ipſe Planeta fuerit maſculus, tunc ſecundum Lunam eſt reſpondendum, niſi fuerit cōbuſta, vel in caſu ſuo, vel in ſigno maſculino, vel aliter notabiliter impedita, tunc ſecundum dominum horæ eſt reſpondendum.

Et nota, quòd ſecundum dominum horæ ſæpe dantur reſponſa veridica


præm

præmittendo duo, quæ ſunt prima in hac materia, videlicet dominum aſcenden. & Lunam, exempli gratia, Si aliquis ad te veniat portando in ſinu abſconſè hora Saturni, prognoſticabis rem illam abſconſam eſſe terram, vel lapidem, vel os, vel rem fœtidam, vel aliquam rem, in qua influit Saturnus. Si hora Iouis, dices illam rem eſſe de natura Iouis, puta ſtannum, vel herbã virentem, vel odoriferam: Si hora Martis, dices ferrum, vel rem coctam. Si hora Solis, aurum, vel lapidem precioſum: & ſic de aliis horis aliorum Planetarum. Et ſcias quòd in hac materia requiritur ſignificator cogitationis ſpecialis, & generalis, & maximè ſpecialis: & duo ſunt ſignificatores ſpeciales cogitationis, videlicet Planeta, à quo ſeparatur dominus aſcend. & iſte eſt primus, & Planeta, à quo ſeparatur Luna. Generalis autem ſignificator cogitationis eſt Planeta, qui fortior

fuerit in ascenden. in coniunctione luminarium, qui immediatè præcessit quæstionem, vel in oppositione: alter significator generalis est Planeta, qui fortior existit in coniunctione proxima altiorum Planetarum, videlicet Saturni, & Iouis. Exemplum tale est. Quidam se præsentauit pro quæstione tacitura, non proferendo verbum in particulari suæ quæstionis: sed generaliter quid quæro dixit Astrologo, cuius figura Cæli hora præsentationis talis fuit.

PRI





PRIMO consideraui dominum ascenden. & ab eo incepi & aspicio, à quo separatur: separatur autem à Sole, qui est dominus 11. & in 4. domo. scio ergo per hoc, quôd cogitat de aliqua re amata: quæ per 4. signatur, vt de patre, vel de matre: sed quia Luna separata est à domino 7. quæ est domus mulierum. Scio

quòd de matre cogitat: quia verò est in domo viæ ipsa Luna, quòd de via matris, & quia est iuncta Mercurio domino viæ in aliqua domorum viarũ, & quia Venus iuncta est Ioui, qui Iupiter est in domo regia: dico, quòd ad regem tendit mulier: cùm ipse etiam Iupiter sit in sua exaltatione, sed quia est retrogradus, & in oppositione Veneris, & Venus in casu Iouis, rex prima fronte non bene eam recipiet: sed tamen quia Iupiter est fortuna, & in exaltatione sua, & in angulo Cæli liber à malis, rex postea exaudiet mulierem: sed quia Luna est recepta à Mercurio, idem significat, quia est dominus 12. & est de inimicis eò, quia dominus 12. est ipse Mercurius. & ostendit, quòd prima fronte malè recipietur mulier à rege. Sed quia Virgo est signum humanum, quod est domus 12. & dominus 12. scilicet Mercurius est in signo humano. rex postea mulierum exaudiet.

Ista collectio aliquarum conclusionum Astronom. non est ordinata ad modum, quo consueuerunt Astrologi per ordinem 12. domorum: sed per materias, & conclusiones breues, quæ possunt vocari Aphorismi. Astrologorum, vel à principio suæ denominationis potest vocari Cæli enarrant gloriam Dei.

ET SIC EST FINIS.

LAVS DEO.





LIBER ABRAham Auenezræ de Criticis diebus.

* *
*



OMINVM Deũ oro, quandiu eſt anima mea in me, in cor meum lumẽ ſuum immittat, & veritatem. Multùm enim eſt delectabile lumen eius, ac bonum in oculis animæ ad videndum, & nox, ſicut dies illuminabitur, nec occultabunt ei nubes. non enim eſt ſicut lumen Solis de die, quia nõ obumbrabitur, neq; ſicut Luna per noctem: quia non diminuitur, ſicut fit diminutio luminis ipſius. Hoc autem lumen ſeparauit à ſe Deus, & dedit luminaria magna, vt præeſſent diei, ac nocti.

nocti. Et à maioris luminaris lumine ſeparauit minus, & dedit ipſi maiori, vt præeſſet diei, & minori, vt præeſſet nocti. Cælorum etiam exercitus, & ſtellæ luminoſæ, ſcilicet Planetæ præeſſent vnà cum lumine minori duorumq; luminarium, virtus maior eſt virtute ſtellarũ: & quia Sol terræ propinquior eſt. Eſt enim Sol in ſphæra ſecundum viam virtutis. Item eſt magnus valdè, & Luna propinquior eſt: ſed eius lumen eſt ipſummet lumen Solis.

Quoniam autem Cælorum exercitus, id eſt ſtellæ fixæ, ſunt in ſupremo gradu: idcirco non mutatur, ſed diuerſificatur eorum curſus, neque ſeparatur vna ab altera: latitudines enim ipſarum ſemper ſunt eædem: ſed non eſt ita in ſtellis luminoſis, id eſt Planetis. Nam eorum curſus variatur ſecundum ſignorum cingulum. Interdum enim ſunt in linea ſignorũ, interdum

extra, & quandoq; alteri elongantur, quandoque approximant, quandoque directê vadunt, quandoque retrogradè, quandoque ſiniſtrè, quandoq; dextrè, quandoque coniunctim, quandoque ſeparatim adinuicem. Hæc autem ratio eſt: quia in gradu ſunt inferiori, vel ſuperiori. Luna ſola per ſe eſt in gradu inferiori reſpectu medii ſui centri, & ob hoc multos habet motus. Mutatur enim, & variatur in longitudine, & latitudine: & inſuper accidit ei accidens, quod non aliis Planetis contingit: quod eſt, quia lumen eius' creſcit, & decreſcit, & quandoque deficit. Item eclipſatur in vmbra terræ. non tamen eodem modo, quo fit eclipſis Solis. nam ipſe Sol, in ſe nunquam eclipſatur: ſed ab oculis intuentium occultatur, ſiue ſuum lumen vetat. Ac verò ſub Luna quodcunque exiſtens, ſiue plantæ, ſiue homines, ſiue vniuerſaliter, quæcunque animalia mutantur

mult

multipliciter, ſiue variantur, & nunquam in eodem ſtatu permanẽt in ſeipſis, neque in cogitationibus eorum, nec operibus, aut eorum maneriebus propter mutationes motuum ipſorũ Planetarũ, & hæc quidẽ ſunt in gradu infimo, quo nõ eſt alter inferior: quoniam Luna in lumine ſuo, corpori aſſimilatur, cuius primò virtus creſcit, poſtea diminuitur: ideo ſignificat ſupra omnem rem generabilem, & ſupra principium cogitationum, & operationum natiuitatum &c.

Virtus verò Solis eſt, quia cauſat in opere caliditatem, frigiditatem, æſtatem, hyemem, diem, etiam noctẽ, cùm autem eſt in domo ſui honoris, ſiue in ſua exaltatione, quod eſt ſignum Arietis, quia in hoc ſigno noſtris regionibus incipit appropinquare: tunc germinant arbores, & hilareſcunt animalia, & ægritudines creantur. Quando verò eſt in ſuo caſu, ſcilicet in Libra, tũc

palleſc

pallescunt folia, & arescuut, & grauantur omnes homines, & augmentantur ægritudines.

Item aliud experimentum est, quòd in pluribus hominibus ægrotantibus ægritudines alleuiantur à media nocte, vsque ad meridiem eô, quòd tunc est in parte ascenden. circuli, tamẽ contrarium est in descensu. Similiter in cursu Lunæ sunt multæ operationes ex parte in mari, & fluminibus, ac vegetabilibus, & quorum humiditas magna est: vt cucurbitarum animalium, conchilium, & medullarum, osśium humanorum, & aliorum viuentium.

Item semina seminata Luna diminuta lumine, non crescunt, vt dicunt Piscatores, etiam his concordant in operibus suis. Astrorum quidam sapientes experti sunt res multas in suis virtutibus, quemadmodum scripserunt. Similiter etiam Medici quæsierũt scire causas terminationis ægritudinum,

seu

ſeu cauſam criſis, quare etiam in 7. 14. 20. ſeu 21. aut 27. 29. & non potuerãt cauſam inuenire, niſi ſecundum viam Lunæ, ſiquidem perſeuerauerunt vſque ad vnum mẽſem lunarem, & poſtea recedit, quæ ſi non receſſerit, reſpiciũt ad Solem, qui Luna ſuperior eſt, non tamen acquieſcat cor tuum in ſapiẽtium ſermonibus hoc eſſe propter parem numerum. dies enim 14. poteſt eſſe criſis vera, & etiam 20. quæ ſunt dies pares, ſiue numeri pares.

Item in die 7. poteſt eſſe criſis vera radix, & cauſa criſis diei 7. eſt, quòd Luna tunc eſt in aſpectu 4. ad locum principii ægritudinis, & in 14. die eſt in aſpectu oppoſito, & in 20. & 21. eſt in aſpectu 4. ſecundo: ſed in 27. aut 28. reuertitur Luna ad locum, in quo fuit in principio ægritudinis, eſt autẽ dies 4. ſimilitudo ad diem criticam, eò quòd medietatem quarti aſpectus habet ſecundum viam clauium Lunæ,

ſcili

ſcilicet 11. 17. 24. & ſcito, quòd motus Lunæ diuerſificatur propter diſtantiam centri circuli eius à centro terræ adhuc, & per motum epicicli, id eſt, parui circuli, & hinc eſt, quòd aliquo die mouetur Luna 15. grad. in alio autem minus 12.

Cùm igitur Luna fuerit velox curſu, perueniet ad 4. aſpectum poſt 6. dies. Principio ægritudinis cum horis paucis, & veritas quidem eſt computare ab hora decubitus ægri ſuper lectũ ſuum vſque ad ſimilem horam ſequentis diei in craſtino vnam, ſiue primam diem. à mane diei vſque ad mane diei dictæ ſiue dominicæ, ſunt ſeptem dies perfecti, & ſi Luna fuerit tarda, non veniet ad quartum aſpectum in 7. die. Adhuc ſecundum computationem hominum: ſed qua die perueniet Luna ad quartum eius aſpectum, propter quod dixerunt multi, quòd 9. dies eſſet critica. Si autem Luna fuerit curſu mediocr

diocris, tunc perueniet ad quartũ aſpe
ctum ante 7. dies perfectos, feret per
quinque horas. in die tamen 7. conue
niens autem eſt oppoſitum aſpectum
eſſe in die 14. ſi tamen Luna fuerit ve
lox curſu, contigit criſim eſſe 13. die:
ſed hoc raro accidit. Similiter propter
moram mediocrem contingit criſim
eſſe 20. aut 21. & ſimilis ratio eſt de
die 27. & 28. Luna nanque circulum
ſignorum perficit 27. diebus & 8. ho-
ris ſecundum eius motum medium.
dies autem 5. interdum eſt dies criſis,
cùm in aſpectu ſextili Luna ſit per re-
ſpectum ad locum primum: in quo Lu
na fuit in principio ægritudinis. Item
12. dies & 11. quando Luna erit in a-
ſpectu trino, ſi fuerit tarda curſu ſimi
liter in die 9. ſi fuerit velox curſu. &
ego oſtendo tibi, per quam aduertere
poteris, ſi criſis erit in diebus nomina-
tis, aut non. ſi quis quærat, Nunquid
febricitans nullam criſim habeat in
ter

terna, aut quaterna? Reſpondeo, quòd Luna non tollit naturam exterius, ſed auget, vel minuit ſecundum fortitudinem illius. Et ſi quærat adhuc cùm criſis dependeat, à motu Lunæ, & aſpectibus Planetarum, & ſtellis fixis 8. ſphæræ, quare eſt, quòd ſi duo homines eadem hora ægrotare incipiunt: tamen criſis vnius non erit, ſicut alterius: dicendum eſt, quòd hoc eſt, quia virtus operantis diuerſificatur propter diuerſitatem virtutis recipientis. Sol enim telam lineam dealbat, & faciem deambulantis denigrat. Vnde ſi alter ægrotantium ſit puer, cuius natura ſit calida, & humida. Alter verò iuuenis, vel ſenex: ideo diuerſificabitur criſis, ad hoc etiam operantur tempora anni, & dies: nam ſi in tẽpore veris hoc fuerit, plus nocet puero, quàm ſeni.

Adhuc ſi in principio ægritudinis Luna fuerit cum Marte, cuius natura eſt calida, & ſicca ſecundum receptionem

nem ſuæ virtutis, fueritq́; ægritudo vnius ex caliditate, tunc aggrauatur, vel fortificatur, ægritudo illius: & ſi eſt ex frigiditate, non tantum nocebit. Si autem iterum dicat, ponamus, quòd ætas, aut pars anni vtriuſq; ægrorum ſint calidæ, & ſimiliter ægritudo vtriuſque ex caliditate. tamen non erit criſis eorum ſimilis. Reſponſio: hoc poteſt eſſe, quia diuerſa eſt natura, & complexio corporum: vnus autem erit calidus, & alter frigidus: & ſi dicatur, ponatur complexio ſimilis, Reſponſio: eſt impoſsibile, quin complexio vnius aliqualiter diuerſificetur à complexione alterius. Nam quanuis complexiones aliquorum ſint eædem in vniuerſali, tamen particulariter impoſſibile eſt duos homines reperiri tales in complexione, comeſtionibus, & operationibus, cæteriſq́; eorum negotiationibus. Amplius ſi concedamus poſſe dici complexiones eorum eſſe tales

in casu ægritudinis, nõ tamen possunt esse tales in vtroque penitus. Superueniunt enim res variæ vni, quæ non alteri de die in diem. Insuper notũ, quòd in scientia Astrolog. omnis ægritudo adueniens homini Luna existen. in loco Saturni, vel Martis commista malis Planetis in natiuitate ægri grauis erit, & periculosa quemadmodum iudicium locorum, sic & iudicium aspectuum, aut principii. Et econuerso, si in loco Iouis, aut Veneris sit Luna, ac verò possibile est, quôd Iupiter noceat, aut Venus, si sit in domibus malorum dominus natiuitatis. Sicut in cuius natiuitate est in 6. domo, aut 8. vel 12. & possibile est Lunam habere dominium in natiuitate vnius, & non alterius, & quòd erat sub radiis Solis, aut signum ascend. in natiuitate erat Leo, vel Sagittarius, aut Aquarius, aut Luna erat cum Saturno: ipso existente Duce, vel Præside, siue almuten super

per natiuitate alterius ægrorum:& nō nocebit vni, ſicut alteri: & hi quidem ſermones menſuram non habent. Rurſus poſsibile eſt Lunam eſſe in malo aſpectu cum Saturno in natiuitate vnius,& non alterius,& ſic ſatis nocebit vni,& non alteri: ſed ſi fortè quærens dicat, ſi verus eſt ſermo tuus: ergo criſim cum certitudine nunquàm ſcies. Reſpondeo iudicia Aſtrologorū ſunt ſecundum duos modos, vnus eſt ſecundum viam communitatis,& vniuerſalitatis, ſecundum quod dicimus, quòd Venus ſignificat ſupra mulieres, & Mercurius ſupra ſapientes. Secundus eſt, ſecundum viam particularium, vt cum dicimus 7. domus ſignificat ſupra mulieres,& 9. ſupra ſapientes: particulare autem non deſtruit vniuerſale. Nam ſi Venerem inueneris in loco malo, & dominum 7. domus in loco bono, veniet nocumentū ex parte mulierum, quanuis per aliquod medium

veniat bonum per mulieres : & in electionibus eodem modo per viam vniuersalitatis Luna est præpotens super principium omnis ægritudinis. Attamen verum est, si natiuitatem ægri sciuerimus ad sciendum particularia ægri secundum viã vniuersalitatis: conueniens enim esset secundum veritatẽ, quòd Medic⁹ sciret cursum ægri qualis erat, cùm sanus esset & vrinam eius similiter, & modos eius plures.

Si fuerit Luna super quartum aspectum à loco eius, in quo fuit in principio ægritudinis, aut in eius opposito in domo quidem sua, aut exaltatione habuerit dominium, signum est bonum. & si nullæ stellæ coniungantur, seu Planetæ: nec aspiciant aliquem, & similiter est de Solis manerie, si prolongatur ægritudo. e conuerso autem est, si ipse fuerit in casu suo, aut in opposito domus suæ, & consimiliter est de Luna, si fuerit in principio ægritu-

dinis

dinis, absque aspectu Planetæ, vt in die crisis, similiter neq; bonum est signú, neque malum: sed debemus inquirere ad sciendum dispositionem ægri à signo ascenden. in hora principii ægritudinis: vt si fuerit in principio in aliquo aspectu alicuius Planetæ: in die verò crisis aspiciat stellam bonam, vel malam, renouabitur super ægro res bona vel mala secundum naturam stellæ, quæ ignorabatur. Si autem fuerit bona, vel mala Luna in principio ægritudinis cum aspectu Planetæ, aut in coniunctione cum illo: in die verò crisis ita non fuerit. Accidit ergo accidẽs tale, quòd erit crisis in die certo, siue noto. & si in eius principio, quando ipsa fuerit in aspectu huius Planetæ: tunc iudicabis iudicium vltimatú bonum, vel malum, secundum quòd alius aspectus fuerit, prout explanabimus in sequentibus. Et si fuerit Luna in aliquo angulorum signi ascend. in prin-

cipio ægritudinis ſignificat ſupercertitudinem de bono, vel de malo: & ſi ſucceden. non colligat aſcenden. poteſt eſſe malum, & ſi in aliis eſt ſignum bonum, ſi quidem in cadentibus teſtimonium habuerit, habere per ſe, non eſt ſtabile, niſi cum domino aſcenden.

Si eclipſata fuerit Luna in vmbra terræ cùm eſt in quarto loco, aut in principio ægritudinis, aut in oppoſito, eſt ſignum malum ſecundum eſſe, ſeu cõditionem eclipſis, ſimiliter quoque eſt de manerie Solis, quando eclipſatur: quia ſecundum eclipſim eius prolongatur infirmitas, dicit Ptolemæus, aſpectus quartus ſi fuerit in ſignis breuibus, quando aſcendunt: in cuius loco latitudo eſt magna, erit aſpectus ſextilis. & verum dicit, ſi verò fuerit in ſignis longis, erit ſicut quartus, & quartus ſicut tertius: ſi fuerit Luna in principio ægritudinis in ſigno mobili ſignificat velocitatem in rebus ægri

ægri in bono vel malo. in fixis prolon gat ægritudinem, sed in bicorporeis, de ægritudine in ægritudinem transibit.

Si causa quidem ægritudinis fuerit ex abundantia, aut repletione in corpore, & lumen Lunæ sit in augmento, hoc est graue, si verò Luna fuerit in diminutione, hoc est valde bonum: si verò causa ægritudinis sit ex inanitione, & Luna sit lumine diminuta, est graue, si aucta, bonum.

Si Luna fuerit in principio ægritudinis in signo qualitatis materiæ peccantis, quæ causat ægritudinem, malum est: contrarium verò bonum. totum verò quod sum memoratus, verũ est, si non sint aspectus: in ipsis enim consistit radix iudiciorum, sed coniunctiones in crisibus sunt fortiores.

In coniunctione enim, si neq; Lunæ, neque stellæ etiam, cui coniungitur, fuerit latitudo: erit tunc Lunæ te-

ſtimonium firmum de criſi, & ſi eorũ latitudo parua fuerit, deficiet aliquid de fortitudine iudicii, & ſic in differentiis latitudinum ſuo modo.

Coniunctio Lunæ cũ Sole eſt malum valde: ſed eſt peius, ſi inter Solem & Lunam ſit minus ſex grad. & Luna nondum Solem attigerit. Si autẽ fuerit inter eos arcus oppoſitionis, neque bonum, neque malum.

Coniunctio Lunæ cum Saturno, malum ſignificat, & longam ægritudinem, quòd ſi Saturnus tardus fuerit motu, augmẽtat malum, ſi verò velox, diminuit de malo, ſi retrogradus & ante Solis oppoſitum, poſtquàm curatus fuerit, recidiuum patietur. Si verò retrogradus fuerit, poſt Solis oppoſitionem minuetur de malo. quòd ſi Luna velox motu fuerit, ſignificat malũ, & prolixitatem, & malum finem. Si verò tarda curſu fuerit, diminuet de malo: ſi autem fuerit Luna cum Saturno

aucta

aucta lumine, modicum nocebit Saturnus, & ſi diminuta, malum ſuper malum. Si Saturnus quidem fuerit Orientalis à Sole, & ægritudo fuerit ex frigiditate, minuetur de malo, ſuper quod ſignificauit: & ſi ægritudo fuerit ex caliditate, augebit malum ſupra malum primum. Si fuerit Saturnus in longitudine longiori, aut propè à duabus partibus, & ægritudo fuerit à retentione, ſeu reſtrictione, augebitur malum ſupra malum. Si verò in lõgitudine inferiori, ſeu oppoſito magis propè à duabus partibus, minuetur de malo eius.

Dixerunt plures, quôd coniunctio Lunæ cum Planeta retrogrado ſuper vomitũ ſignificat, & ſi Luna fuerit in vna domorũ Saturni, minuetur de malo: ſi Luna fuerit ægritudo de tuſsi.

Inſuper multi dixerunt, quòd Saturnus ſenibus nocet, & ſecundũ meã opinionem eſt ecõuerſo. Si Luna fue-

rit cum Ioue, eſt bonum & adhuc melius, ſi non ſint malæ domus reſpectu ſigni aſcenden. in principio ægritudinis.

Si Luna fuerit cum Marte, malum, & ſi lumine diminuta fuerit, minuetur de malo, & econuerſo: & cum Venere eſt, ſicut de Ioue: & ſi æger iuuenis fuerit, aut mulier, melius eſt, quàm ſi eſſet ſenex. Si autem ægritudo fuerit calida, erit melius Venus, quàm Iupiter, & econtra de frigiditate. Et ſi ægritudo eſt per amorem, magis valebit ei Iupiter: & ſi ægritudo ſit propter Dei ſeruitium, & ſeculi cogitationes, magis valebit Venus Ioue.

Si autem Luna fuerit in Mercurio non exiſten. ſub radiis Solis, aut inter illos ambos, ſiue plus 12. grad. & ipſe ſit Occidentalis, & ſit in domo bonæ ſtellæ ſeu Planetæ, bonum ſignificat, & econtra.

Si autē fuerit Luna in oppoſitione

Iouis, valebit quidẽ: ſed nõ euadet, niſi Saturnus retrogradus, & Iupiter directus ſit. Si autem Iupiter ſit in aſpectu quarto, debes iudicare ſecundum fortitudinem eorum: & ſi in trino æger euadet. Si Luna fuerit cum Marte, magis valebit aſpectus Veneris, quàm Iouis, & ſi cum Saturno econuerſo.

Amplius, ſi in principio ægritudinis Luna fuerit in coniunctione ſtellarum fixarum, magnarum quidem ordinis primi, aut ſecundi, qui latitudinis modicum habent, iudica ſuper bonum, aut malum ſecundum comple xionem ſtellæ: vt ſtella, quæ dicitur allan, ſeu allancis bonum ſignificat eò, quòd contrariæ ſtellæ eſt de Venere, & Mercurio, & ego tibi dabo viam generalem.

Si verò Luna in principio ægritudinis fuerit cum aſpectu alicuius Planetæ, aut coniuncta cum ipſo, quando perueniet ad locum ſui aſpectus quar-

ti,

ti, aut oppositi. Si idem Planeta, aut stella aspiciatur, aut coniungatur cùm ipsa sit in principio, quando erat super aspectum, erit vna crisis certa, & firma in bono, vel malo secundum naturam illius stellæ, & non innouabitur super ægrum res, quæ bene faciat ei, aut malè secundum vnam viam. Si verò est ita, quòd illi stellæ non coniungatur Luna per aspectum in die crisis: sed aspiciat aliam stellam, si quidem coniungatur Luna cum ista, tunc innouabitur res de bono, aut malo, quæ in cor ægri, aut Medici non ascendebat. Si autem fuerit aspectus, aut coniunctio cũ aliqua de stellis supremis, non innouabitur res vltra illud, quod vniuersaliter est, quia non mutatur motus stellæ fixæ in centum annis, nisi in vno minuto: quapropter multò minùs in primis diebus, & paucis, & si permanet ægritudo, donec Sol reuertatur ad locum suum, neque habet crisim ad bonum,
seu

ſeu in malum perfectũ, cõſidera ad locum in principio ægritudinis, & conſidera omnes aſpicientes, & de Planetis, & de ſuperioribus, id eſt fixis, ſimiliter quoque in aſpectibus quartis, & quando veniet ad gradus proportionales in circulis, id eſt, ad illos, qui diſtãt à linea æqualitatis, aut à terminis Septentrionis & Meridiei in tali proportione, quòd æquales ſint partes horarum diurnarum vnius cum partibus horarum alterius nocturnarum, ſecundum quod explanatum eſt in principio libri initii ſapientiæ, illi nanq; fortitudinem habent magnam.

Poſtrema autem regula eſt, quòd omnia capitula, quæ rememorati ſumus pro Luna illa eadem ſunt pro Sole: & ſi eclipſis eſt: & ſi ſciueris gradus aſcenden. in principio ægritudinis, ſcito reuolutionem anni ſecundi, ſiue ſequentis, addendo octo gradus. & conſidera qualiter aſpiciãt ſtellæ ſignum

prim

primum, & ſecundum, & quid ſit in hoc radix Solis, nihilominus hæc duo addunt aliquid, aut minuunt: ſic ergo facere debes de anno in annum.

EXPLICIT ABBREVIAtio quædam libri Abrahæ Auenezræ, de Luminaribus, & Diebus Criticis.





DIRECTORIVM

DE FIGVRÆ CÆLI, in Amicum Medicorum, per modum Epilogi.



RO figuræ Cæli declaratione, & prognosticatione vera habēda de eadem, quæ sequuntur, maximè sunt cōsideranda. Primò quòd Planetæ situētur in domibus secundū quod inueniūtur in Cælo: & hoc magis exquisitè, quàm sit possibile in gradibus, & minutis. Secundò considerandæ sunt dignitates Planetarum, scilicet, essentiales, & accidentales: essentiales, vt sint in domo: & habent tunc quinque fortitudines. In exaltatione, & sic habent quatuor. In triplicitate: & sic habent tres. In terminis: & sic habent

duas. In facie: & ſic habent fortitudinem vnam. Sed de accidentalibus conſidera, ſi ſit dominus horæ, & ſic habet fortitudinem vnam, vel dominus nouenæ, & ſic habet aliam. Alias dignitates accidentales vide in Amico Medicorum, Differentia 11. cap. 6. & etiã Differentia 111. capit. 6. Conſidera etiam, ſi Planetæ, dum fuerunt in domo propria, fuerint in domo diurna, vel nocturna applicando horæ quæſtionis: vel ſi ſint in domo amici.

Item conſidera infortunia Planetarum: quæ vide Differentiæ 11. cap. 7.

Notandum ibidẽ, quòd finis Libræ, & ſignum Scorpionis ſunt de infortunantibus ſignorum, & domorum, vt dicitur cap. 6. Differentiæ 111.

Item conſidera, ſi Planetæ ſint in gradibus lucidis, tenebroſis, vacuis Azemena, putealibus, vel fortunam augmentãtibus: & ſi ſint in gradibus maſculinis, vel fœmininis. Et ſi ſint in grad.

grad. terminorum nouenarum, facierum, & reliquarum dignitatum, & infortunarum: quæ omnia vide in tabulis ad hoc factis: quarum declarationẽ inuenies in Amico Medicorum cap. 3. Different. secundæ. Considera etiam aspectus domorum. Nam ascenden. & 10. se aspiciunt quarto aspectu: & sic de aliis. Ascendens & 7. aspectu opposito: & sic de aliis. Ascendens, & 11. aspectu sextili: & sic de aliis. Ascendens & nona aspectu trino: & sic de aliis. Declaratio ex teipso patefiet. Et super hoc considera aspectus Planetarum, quos poteris habere per prædictos.

Item considera, quòd ex domibus domus ascendentis est super omnes alias domos tam in fortitudine, quàm in bonitate priuilegiata. Vnde Sol, Mercurius, & Iupiter in ascendente fortificantur. Luna, Mars, & Iupit. in ascendẽte infortunantur: & infortunantur ascenden. Venus verò medio-

criter ſe habet, quæ vide cap.6. Differentiæ tertiæ. Item conſidera, ſi Planeta ſit retrogradus, vel directus: pro cuius declaratione, recurre ad cap.6. Differentiæ tertiæ. Item Planetæ maſculini gaudent in domibus maſculinis, & debilitãtur in fœmininis. Planetæ fœminini gaudent in fœmininis, & debilitantur in maſculinis. Itẽ diurni gaudent, quando ſunt Orientales à Sole, & nocturni, quando ſunt Occidentales. Item diurni maſculini gaudent in parte Cæli maſculina: fœminini in fœminina: & non econuerſo. Item conſidera almutanch aſcendentis: & per conſequens totius figuræ. Pro cuius declaratione conſidera ſextum, & ſeptimum capitulum tertiæ Different.

Item conſidera bene pro veritate quæſtionis habẽda, & pro honore Aſtrologi conſeruando tertiũ & quartum cap. Differentiæ tertiæ.

Item notandum, quòd Mercurius gaudet

gaudet in aſcendente. Luna in tertia, Mars in ſexta, Sol in nona, Iupiter in vndecima, Saturnus in duodecima.

Item Mercurius gaudet, cum fuerit Orientalis in Gemini, & cum fuerit Occidentalis in Virgine, & cum fuerit ſub radiis Solis, nõ tamen combuſtus, quæ combuſtio vocatur per ſextũ gradum antè, & per ſextum retrò.

Item nota, quòd aſpectus durant, quantùm durant orbes luminis. Vnde orbis Solis in 15. grad. antè, & 15. retrò. Orbis Lunæ, 12. antè, & 12. retrò. Orbis Saturni, 9. antè, & 9. retrò. Orbis Iouis, 9. antè, & 9. retrò. Orbis Martis, 8. antè, & 8. retrò. Orbis Veneris, 6. antè, & 6. retrò. Orbis Mercurii, 5. antè, & 5. retrò.

Item fortitudo Planetarũ habetur quatuor modis principalibus, ſcilicet coniunctione, ſeparatione, aſpectu, & acceſsione, quorum declarationem vide cap. 6. Differentiæ ſecundæ.

Item boni Planetæ infortunantur per coniunctionem, vel oppositionem malorum, & in quarto aspectu, & in terminis malorum. Similiter in eorũ dignitatibus. Item infortunantur boni inter duos malos, & dicuntur obsessi. Item in combustione Solis. Item quando coniunguntur Planetæ retrogrado, vel combusto, vel quando est in casu suo, & in cadenti ab angulo. Item vt sint tres superiores Occidentales â Sole, & tres inferiores Orientales. Vide cap. 7. Differentiæ secundæ. Item nota, quôd de figura Cæli domus prima, & eius dominus assignatur ægro, secũda medico, sexta infirmitati, quarta medicinis, & apothecariis. Et si ascendẽs habuit bonos Planetas sub se, erit æger boni regiminis. Si conuerso contrarium eueniet. Si in decima sit malus vel infortunatus Medicus, non proficiet. Et si sexta sit de signo terreo morbus est de melancholia: & sic de

singu

ſingulis. Et ſi ſignum domus ſextæ ſit retrogradus, vel combuſtus, vel in domo Martis, coniunctus Marti, vel Saturno, & ſine receptione, ſcilicet à domino domus mortis ſignum mali eſt. Item partes Medicis neceſſariæ ſunt, quæ ſequuntur, ſcilicet pars vitæ, pars mortis, pars fortunæ, pars Planetæ interficiẽtis, & pars infirmitatis. Pars vitæ accipitur in die à Ioue in Saturnũ: & in nocte econuerſo, & proiicitur ab aſcendẽte. Pars mortis accipitur in die ac nocte à Luna in gradu & minutum domus octauæ: & additur deſuper, quos ambulauerunt Saturno de ſigno, in quo eſt: & proiicitur ab initio ſigni Saturni. Pars fortunæ accipitur de die à Sole in Lunam, & de nocte econuerſo: & proiicitur ab aſcendente. Pars Planetæ interficiens accipitur in die à grad. aſcend. in grad. Lunæ, & in nocte econuerſo: & proiicitur ab aſcendente. Practicam autem iſtarum par-

tium reperies in Amico Medicorum, Differentia tertia, cap. 5. Pars autem infirmitatis secundum Hermetem accipitur in die à Saturno in Martem: & in nocte econuerso, & proiicitur ab ascendente. Et secundum quosdam antiquos accipitur in die ac nocte à Mercurio in Martẽ, & proiicitur ab ascendente. In Amico Medicorum, Differentia tertia, capi. 2. Autoritate Haly accipitur à grad. dominii horæ in grad. dominii Solis, & proiicitur ab initio signi Arietis, dando cuilibet signo 30. gradus.

EXPLICIT.





HIPPOCRATES

DE SIGNIFICATIONE mortis, & vitæ, secundum motum Lunæ, & aspectus Planetarum, Gulideolo Mordico interprete Prisco.

Præfatio interpretis.

CAPIT. I.



IPPOCRATES optimus medentium dixit, cuiusmodi Medicus est, qui ignorat Astronomiam? nemo debet se committere manibus eius, quia non est perfectus Medicus. Noui ergo quòd opus erat scire Astronomiam. Ideo inspexi libros Hippoc. & inueni libellum hunc paruulum, sed optimum, quem qui bene nouerit, ef-

ficietur magnus Medicus. Eſt enim valde neceſſarius Medicis omnibus.

Luna eſt luminare minus, domina mundi, homini ſimillima, ab initio ſuæ productionis: creſcit enim, & minuitur ſicut homo.

De coniunctione, & oppoſitione Lunæ in morbis, & valetudine.

CAPIT. II.

HIppocrates, aſpice Lunam, quãdo eſt plena lumine, quia tum creſcit ſanguis, & medulla in omni homine, & beſtiis omnibus, idem fit in mari, & cunctis in rebus mundanis. Cùm ergo quis inciderit in morbum, tum neceſſarium eſt videre, an Luna è combuſtione exeat, tũ nanque creſcit infirmitas, donec venerit ad oppoſitionis gradum, & cùm erit in oppoſitione, videndum erit, an ſit cum malo aliquo Planetarum, vel in malo aſpectu, & ſi aſpexerit dominum domus mortis. Nam ex iis poteris

Luna habet ſignificationem magnam in principio generationis hominis circa ſanitatẽ & morbum.

ris ſcire, vtrum morietur, vel viuet, vel ſi diuturnus erit morbus eius, vel non. Nunc autem videamus naturam omnium ſignorum, vires etiam, vel poſſe Lunæ in eiſdem.

Luna in omnibus partibus Arietis, afficit præcipuè caput: nanque Aries principium habet in capite.

De Luna in Ariete.

CAPIT. III.



CVm quis in morbum inciderit Luna exiſtente in Ariete cum Marte, aut Sole, tum morbus erit in capite propter Solis calorem, vtique & grauis, & dolebunt ei pulſus capitis: febres etiam patitur æſtuoſas, non intermittentes, in præcordiis quoque torquetur, vix loquitur: quia thoracem occepit vehemens calor, & pulmonem, quod & pulſus vehemens oſtendit. Neceſſarium eſt ergo, vt huic ſecetur vena cordis, vtque ve- *Actus curatiuus.*

ſcatur frigido alimento, & potu, & compeſcentibus calorem, vt morbus is non vertatur in phreneſim. At ſi cum Luna fuerit Mars, ſiue Saturnus, ex hoc morbo morietur æger infra diem ſeptimum, à die quo Luna fuerit cum Sole per quartum aſpectum, & hoc intelligitur Luna creſcente. Si verò Luna erit in Ariete infortunata, aſpexeritq́; eam ex quarto, vel ex oppoſitione Saturnus, morbus is erit in capite, & perducet eum ad alienationem mentis, & faciet inſanire, variando incrementum & decrementum, eritq́; morbidus perſimilis illi, qui videre non poteſt. Si verò Aſtronomiã ignoras, hæc non poteris ſcire, neq; cognoſcere eius morbum. Quòd ſi fuerit Luna in diminutione graduum, vel luminis, cùm reuertetur ad primum aſpectum Saturni, videlicet, cùm dimiſerit eum, & per alium aſpectum illum aſpexerit, morbus mutabitur in bonũ, vel in malum:

Iudicium, vel prognosticon Luna creſcente.

Neceſſariã Medico Aſtronomiam eſſe.

De mutatione morbi in luminis diminutione et gradibus Lunæ.

lum: Nam si aspexerit aliud infortunium, morietur ille, Si autem non aspexerit, euadet. Sed cùm Luna dimiserit aspectus hos, de quibus diximus, morbum scias recessurũ. Tamen dum Luna nõ inuenerit Iouem, aut Venerem per aliquem aspectum, priusquam venerit Luna ad coniunctionem Solis, morbus non recedet, sed stabit, donec Luna venerit in aspectum, vel ad oppositionem Solis, quod si dictos etiã non inuenerit Luna, sed Mercurius occurrerit illi, morietur æger. At si Mars inuenerit eam, sanabitur, dum morbũ produxerit pituita. Et quando languidus, primo sentit morbum, dum Luna addit suo lumini, & gradibus, & Mars, & Sol fuerit in Ariete, morbus erit in capite, & insanis, & abscessus ex pituita orietur in capite, profluetq; illi sanguis ê naribus. Oportet itaque illum vti frigidis temperatis, indigetq; Medicina, qua destruitur abscessus. Cùm

Iudicium et salutis, & obitus Luna decrescente.

Iudicium de perseueratione, & recessu morbi, in defectu luminis Lunæ.

Morbi ex pituita iudiciũ Luna crescente. Methodus curandi.

verò

verò Luna fuerit cum Mercurio, in loco Solis, euadet infirmus, prius autem erit in magno diſcrimine: quoniã Mercurius concors fit cum Marte, in eodẽ negotio. Mars autem nõ facit ſic cum Saturno, & morietur æger, cùm Saturnus fuerit in loco Solis. Quòd ſi fuerit cum Luna, Iupiter ibidem, vel Mercurius, aut Venus, varius eius erit morbus. Quando autem Lunam aſpexerit Mars, vel Saturnus aliquo aſpectu, opus eſt ægro leni medicina, & mediocri diæta, demum ſedeat quandoque, & iaceat quandoque ille in luminoſo loco, vt à longe clarum aërem poſsit videre, vtatur & balneo, bibatq́; aquã frigidam, cùm neceſſarium fuerit, & regas illum, vt tibi videtur ſalubrius eſſe.

Hæc maximè vobis ſeruanda medentes, nam & pater medentiũ omniũ ſeruauit, vt ſcriptis teſtatur.

Luna in omnibus partibus Tauri eſt regina magni regni, eſtq́; vitioſa.

De Luna in Tauro.

CAPIT. IIII.

Quan



Vando autem quiſpiam incidit in morbum Luna exiſtente in Tauro, atque eam aſpexerit Mars ex oppoſito, vel aſpectu quarto, morbus eius productus erit ex ſanguine, is tandem ſentit immenſum calorem, & ſiti torquetur, & quæritur per noctem, nec poteſt dormire, & potum vini appetit. Eſt ergo neceſſarium illi ſecare venam, & exhibere pharmacum, quod refrigeret eũ, & humectet, ſin fuerit in ſigno Saturnus cum Luna, aut Venus addens, & non inuenerit fortunam, morietur infra nouem dies à die, quo incidit in languorem, quòd ſi Luna addet ſuo lumini & gradibus, tum demum, atque eam Mars aſpexerit, ex oppoſitione, vel quarto aſpectu, & Luna venerit ad Saturnum, & erit Mercurius cum ea, morbus ex frigidis ſuccis erit, vel æger totus frigidus, & diſruptus erit. Ideo vix loquitur, & pauca profert, habet & ven

Præceptũ curandi.

Occaſio mortis.

Cauſa morbi frigidi, & ſigna.

ventriculum durum, ſeu crudũ adeò, vt excoquere non valeat alimentum, ſed interius ardet. Propterea is eget ſoluenti medicamine, quoniam morbus is magis particeps eſt bilis, quàm pituitæ: aſpicies etiam Lunam quando venerit ad locum oppoſitum illius, in quo fuerat à primordio morbi, quoniam cùm fuerit ibi, magnum periculum, & labor magnus erit ægro, is ergo morietur, ſi Luna non inuenerit aliquam fortunam, in eodẽ ſigno, quòd ſi inuenerit fortunam, euadet vſq; ad dies octo. Quum verò quiſpiam inciderit in morbũ Luna peragrante Taurum, & Mars, & Sol erit in eodem ſigno, noctu langor erit in Thorace, ardebit & lingua, vt combuſta, flagrabit ore atque oculis, & egerens rarò per aluum, balbutiet, & febris eius cauſa erit ſanguis, ſitietq; vehementer: Indiget tandem ſectione venæ, & medicina ſoluenti. Potus ergo ſit frigidus, caueatq;

Oraculũ laboris.

Indicium Thoracis aff. ex curſu Lunæ in Tauro.

Curandi præceptũ.

ueatque à calentibus. Aduertes autem quando Luna fuerit in trino aſpectu cum Sole: ſi morbus decreuerit, viuet ille: ſin creuerit, occũbet, quando Luna erit in oppoſitione Solis, quòd ſi inuenerit Venerem, vel Iouem, non morietur.

Luna in omnibus partibus Geminorum, eſt miſera malorum, ideo morborum cauſa, & diuturnorum.

De Luna in Geminis.

CAPIT. V.

SI quis inciderit in ægritudinem, Luna exiſtente in Geminis, & aſpexerit eã Mars, ſiue Saturnus, ex quadrato, vel oppoſitione, ægritudo ex amiſsione ſomni erit, vel ex aliquo mœrore, vel ex plurimis cogitationibus ſuper aliquo negotio. Ideo vniuerſo dolebit corpore, & hæc durabit ægritudo ad minus tribus ſeptenis diebus, (habet autẽ alius

textus per decem decies dies) poſt modum incidet in calorem, is etiam dum recubat noctu, extenſiones patitur, & dolorem dextri hippocondrii, vel regionis iocinoris. Et ſi Luna non fuerit cum aliqua ex fortunis, morietur ille ſpatio dierum triginta. Cùm verò Luna erit in Geminis addens ſuo lumini, & gradibus, & Mars aſpexerit eam ex quarto aſpectu, vel ex oppoſitione, ægritudo hæc proueniet ex bili rubra, febrietq; cum vehementia pulſus. Itaque ſanguis eſt minuendus illi, & frigidis alendus eduliis. Quòd ſi fuerit Saturnus in hoc aſpectu, & cum Luna nulla fuerit fortuna, vitam perdet ille, quando Luna veniet ad oppoſitum illius loci, in quo erat, cùm incidit in ægritudinem: dum aliqua fortuna aſpexerit eum, recipiet valetudinem, & ſi magno in periculo occubitus erit. Si Luna tantùm fuerit in Geminis, morbus erit in capite, tum cauendum eſt à ſectio

Indicium occubitus & ſpatiũ temporis.

Indicium morbi ex rubra bile

Præceptũ curandi.

Valetudinis prædictio, atq; occubitus.

Quando

ſectio

ſectione venarum, neque ei offerenda ſunt frigida vel humida, ſed offerantur temperata. Aduertes etiam cùm Luna fuerit in oppoſitione Solis, ſi qua ex fortuniis bono aſpectu aderit, viuet ille, alioquin morietur. Si verò Luna erit in Geminis, & aſpexerit eam fortuna bono aſpectu, viuet ille, vel ægritudo mutabitur in aliũ morbum. Sin autem fortuna dimiſerit eã, neque inuenerit aliam, donec Luna venerit ad oppoſitum loci, in quo fuerat à principio, Medicus non poteſt cognoſcere, lãguidi quinam ſit morbus, ſed tum euadet, cùm Luna erit in prædicta oppoſitione. Si verò Luna fuerit in Geminis vnà cum Sole, & Marte, hæc erit acutiſsima ægritudo, lacrymabit ei oculus, peruenietq; in phrenesim, & æger ipſe de ſe ipſo tum maximè veretur. Nam apparent ante oculos illi diuerſa phantaſmata, & imagines horribiles, eiuſq; pulſus erit valde

cauẽdũ eſt à ſectione venarum.

Effectus bonæ fortunæ in Geminis.

Impedimẽtũ ne morbus dicernatur à Medico.

Cauſa acutiſ. ægritudinis.

Cũ fugiẽdũ sit ab incisione venarũ.

profundus, adcô, vt ferè non inuenietur,& capite dolebit. Tum ergo vena non eſt ſecanda illi, & alendus erit leui cibo & potu, & ſtratus iaceat in loco temperato. Reſpicies etiã cùm Luna fuerit in quarto aſpectu illius loci, in quo fuerat à primordio morbi, (aliàs, quia tunc morietur) quoniam tum morbus mouetur. Sed quãdo Luna fuerit cum Sole & Marte,& aſpexerit eam fortuna bono aſpectu, & Luna erit addens lumini & gradibus,euadet,cùm Luna venerit ad quartũ aſpectum,in quo ab exordio morbi fuerat. Nec offeres medicam potionem illi, ſed præcipies vti leni cibo,& balneo,& in loco altiori ſedere.

Indicia valetudinis ex aſpectibus, & quando.

In omnibus partibus Cancri Luna eſt regina magnæ altitudinis,& poteſtatis.

De Luna in Cancro.

CAPIT. VI.



Vna si fuerit in Cancro, cùm aliquis inciderit in morbum, & eam Saturnus aspexerit quarto aspectu, vel oppositione, morbus is ex frigidis succis erit ei productus, vel ex balneo, vel de loco humido exeunti, is nullum odorem sentit, laborat pectore, & tussit, difficilem habens anhelitum, & pulsum admodum compressum, queritur de affectibus ventriculi, iliorum & renum. Eget ergo medicina lenienti pectus, & tussim expugnanti. Si verò Saturnus non fuerit cum Luna, vel eam non aspexerit aliqua fortuna, donec venerit ad quartum aspectum illius loci, in quo fuerat, quando incidit in morbum, is mori debet circa diem decimum. Quod si Lunam aspexerit fortuna, viuet ille cum difficultate & labore, similiter Luna si fuerit in Cancro, et eã Mars aspexerit aspectu quar-

Morbi frigidi causa & signa ex aspectu Saturni.

Indicium periclitationis.

Ex aspectu Martis.

Morbi signum.

to vel oppoſito, vomitum patietur æger, vel dolorem ventriculi. Is tandem indiget frigenti medicamine, & ventriculum reficienti. Quòd ſi Lunam non aſpexerit aliqua fortuna conueniens, & bona, in eodem loco, occumbet, priuſquàm veniet Luna ad quartum, vel ad alium aſpectum. Sin autem Luna exiſtens in Cancro curſu eſſet vacua, morbus is productus eſt ex potu nimio, eiuſq; turgẽt venæ, & diſtenduntur, noctu valde triſtatur, cupitq; erectus ſedere in altiori loco, deiicit operimenta, non deſiderat ſermones quoſdam, ſed frigida tangere. Cùm autem Luna venerit ad oppoſitum Cancri, euadet ille ſi bona fortuna eã aſpexerit. At ſi inuenerit Martem, vel Solem, morbus vertetur ad maiorem caliditatem, pulſus eius non mutatur, quinimo excreſcentias oſtendit, perſeuerat tandem morbus, dum Luna fuerit, vt diximus, in loco quarti aſpectus vel

Præcipiti occaſus teſtimoniũ.

Neque eſt Luna curſu vacua in Cãcro.

vel ad oppoſitum venerit aſpectum. Is tandem noctu timet, vt quid horrendum videret, propterea, & vociferat multùm laboriosè. Et quando venerit ad trinum aſpectum, ſanatur. At ſi nõ inuenerit ibi fortunam bonam, mutatur morbus in aliam ægritudinẽ. Sed conualeſcit, quando Luna reuertetur ad locũ, in quo erat, cùm infirmus cœpit ægrotare, ſed ſi ibi non inuenerit fortunam, morietur ille. Quòd ſi fortuna aſpexerit eam bono aſpectu, vertetur ad priſtinam ſalutem. Cùm Luna fuerit in Cancro, & Saturnus, & Iupiter cum ea, morbus triginta dierum erit ex frigido ſucco, ſed viuet ille. Si verò Luna erit in Cancro cum Saturno, Marte, & Venere, morbus ex laſsitudine itineris proueniet, vel ex coitu plurimo, is tandem in ſtrato circumuertitur, & debilis efficitur. Ideo non mittendus ſanguis, neque venter eius eſt ſoluendus, ſed ſtudẽdum eſt eduliis

Cauſa horrẽdarũ noctium.

Mortis cauſa et vitæ.

Cauſa frigidi lãgoris.

Cũ peccatũ ex ſanguine, vel à cubitu earũq; indicia.

reuocantibus virtutem, vt carnibus pullorum,& vitulorum, teſtibuſq; gal lorum,& ouis ſorbilibus, à frigidis verò fugiendum eſt. Et cùm Luna receſſerit ex ſigno illo, veneritq; ad oppoſitionem, & non inuenerit aliquem Planetarum, verendum eſt: quòd ſi inuenerit fortunam, citò reſtituetur ſanitati: quam ſi non inuenerit, morbus creſcet, & morietur. Cùm Luna fuerit in Cancro cum Saturno, Marte,& Mercurio, tum morbus productus erit ex nimio ſtudio legendi, vel ſcribendi, eſtq; in cauſa melancholia. Itaque vtendum eſt medicina bilem atrã educenti. Quando autem Luna egreſſa erit de loco illo,& inuenerit fortunam reſtituetur ſaluti, cùm Luna venerit ad quartum aſpectum illius fortunæ: quòd ſi inuenerit aliquod infortunium, mori debet, quando Luna erit in quarto aſpectu illius infortunii, Si verò inuenerit bonũ aliquem Planetarum

Quando verẽdum eſt, vel nõ.

Morbi indicia ex ſtudio producti.

Fortuna ſemp laudanda infortuniũ verò damnandum.

tarum euadet, cùm Luna venerit ad oppositum loci, in quo fuerat: sed si infortunam inuenerit, morbus fiet magis diuturnus, vel extendetur ad tempus, donec redierit ad locum, in quo fuerat à principio morbi, & restituetur saluti: At si Luna inuenerit infortunium per malum aspectum, cùm tendit ad oppositionem, demens efficitur languidus. Si verò fortunam inuenerit, mutabit morbum in aliam ægritudinem, tamen restituetur saluti.

Causa dementiæ, & permutationis morbi.

Luna in omnibus partibus Leonis nobilis est, tamen à genere non æstimatur.

De Luna in Leone.

CAPIT. VII.



V'm Luna erit in Leone, & Saturnus aspexerit eam ex quadrato, vel oppositione, morb⁹ erit propter lienem, dolebit capite, & vomitũ patietur, is tandem descendet propè occa-

ſum, & febris eius erit intenſiſsima: lãgor verò erit magis internus, quàm externus cum defectu lubricitatis ventris. Quòd ſi Luna nullam aſpexerit fortunam, occidet ille, cùm peruenerit Luna ad quartum aſpectum Leonis. At ſi fortè fortuna aſpexerit eam, ſalutem recipiet, cùm venerit ad quartum aſpectum. Si verò Luna fuerit in Leone, & Mars eam aſpexerit ex aſpectu quarto vel oppoſitione, morbus erit ex vbertate ſanguinis, is vehementer calefiet, & corripietur duabus febribus. Vtatur ergo frigidis & ſiccis, tum poculentis, tum eſculentis. Si Luna fortunam aſpexerit bono aſpectu, magnam poſt defatigationem melius. Quòd ſi non aſpexerit fortunam, deterius erit. Quare ſi fortunam bono aſpectu non aſpexerit, certò morietur, quando venerit ad oppoſitionem loci, in quo fuerat morb⁹ in principio. Si verò prius aſpexerit infortunam, quàm

Ex aſpectu Saturni melancolicus producitur morbus.

Et mortis & vitæ ſigna ex aſpectibus.

Signa aſpectuum morbi ex ſanguine.

Signũ diuturnitatis morbi, atque obitus

quàm venerit Luna ad quartum aſpectum morietur, Luna etiam exiſtente in Leone, Marsq́; eam proſpexerit, vel Sol quarto aſpectu ardenter viſceribus ardet, pectore, & capite dolebit, & pedes manuſq́; habebit frigidas. Huic tandem neceſſariò vena ſecanda erit, dum non fuerit Luna in ſigno, quod impedit ſectionem: ſin autem fuerit, morandum erit, donec Luna venerit ad medietatem ſui luminis, & ilines pedes languentis linimento, quod tollit frigiditatem. Si Mars vel Sol fuerit cũ Luna in eodem ſigno, morbus procedet ex dolore cordis. Quando verò Luna venerit ad quartum aſpectum illius loci, in quo fuerat à primordio, valde timendum erit ægro. Cùm autem Luna caruerit dictis aſpectibus, & inuenerit Iouem in itinere, aut Venerem, priuſquàm venerit ad quartum aſpectum, tum balneandum ſuadeo, vel in frigido loco ſtandum. Si verò

Quando vena ſecanda eſt neceſſariò.

Signum Geminorũ impedit ſectionẽ venæ.

Signum morbi ex corde.

Cum balneis vtendum ſit.

Luna Saturnum inuenerit, morbus is vertetur ad veſicam, ſed ſanabitur, cùm peruenerit Luna ad locũ, in quo fuerat. Quando Luna inuenerit Solem, aut Martem, & fuerit cum ea Saturnus, vel Mercurius, veniet ad extrema, vt diximus, ex dolore cordis, & erit longæuus morbus, & timendum erit, ne in phthiſin vertatur. Vtendum erit rebus temperatis in frigiditate, neque debet iacere in loco lucido. Et erit reſpiciendum, quando Luna venerit ad quartum aſpectum loci illius, in quo erat, cùm incidit in morbũ. Nam ſi morbus creuerit, erit diuturnus, & morietur: ſin minuitur euadet, cùm Luna venerit ad oppoſitionem. Quòd ſi Luna inuenerit infortunium, viuet ille, donec Luna peregerit curſum ad locum vſque in quo fuerat, cùm æger incidit in morbum.

Occaſio mortis in diuturno morbo.

Luna

Luna in omnibus partibus Virginis triſtis eſt.

De Luna in Virgine.

CAPIT. VIII.


V'm fuerit Luna in Virgine, & Saturnus inuenerit eã ex quarto aſpectu, vel eam proſpexerit ex oppoſitione, quia tum inciderit in langorem, ventriculi dolorem patietur, & ventris & inteſtinorum, telæ conieſtum erit apoſtema ex pituita alba. Is quandoque patietur & calorem, erit illi pulſus debilis. Eius verò morbum nemo poteſt cognoſcere, niſi fuerit Aſtronomus. Vtatur is, rebus frigidis & temperatis. Indiget curatione abſceſſus ſine apertione. Morbus is tandem longæuus futurus eſt. Sin autem Luna aſpexerit fortunam, euadet, ſed poſt multos dies: Quòd ſi infortunium inſpexerit, occumbet die 40. Cùm Luna fuer

Quæ medicis occulta ſunt in morbis, Aſtronomis notißima ſunt.

Indicium mortis & vitæ.

fuerit in Virgine, eamq; Mars respexerit, vel Sol ex quarto, vel ex oppositione, morbus productus erit ex magno interno calore. Huic succedit freques assellatio, proiicit & sanguinem, & venenum, vel humores præferentes aconitum, pulsus eius est validus: tamen quandoque non inuenitur. Patitur & cordis langorem, & ventriculo laborat. Medicina illi tandem potens negatur, sed stypticum medicamen, & ventriculum roborans detur. Vtatur ergo & alimento, & medicamento leni.

Luna cursu vacua in Virgine mala est.

Quòd si infortunium aliquod aspexerit eam, morietur ille, & breui tempore, ad dies triginta: sin verò aspexerit eam aliqua fortuna, viuet ille. Cùm fuerit in Virgine cursu vacua, ægro stomachus erit debilis, & fluxũ quandoque vẽtris patietur, & lotium dum mingit, vesicam afficit, vexatq; bilis prasina hominem, & cum difficultate mingit. Si fuerit cũ ea Mars, vel Mercurius,

curius, vel Sol, morbus eius erit grauis,& vix loquitur, & fluxum ventris patitur. Indiget ergo ventrem ſtipantibus. Verendum autem eſt illi, ne occumbat, cùm Luna venerit ad oppoſitionem loci, in quo fuerat ab initio morbi: quam ſi fortuna aſpexerit, viuet ille, ſin autem, morietur. Quòd ſi inueneris Saturnum cum Luna, vel Mercurium,aut Venerem,ſeu Iouem, hic morbus erit nimium diuturnus,capitis languorem patietur etiam,neque liber erit morbo, donec venerit Luna ad locũ,in quo fuerat ab initio morbi.

Luna in omnibus partibus Libræ, *diſponit mortales edulijs.*

De Luna in Libra.

CAPIT. IX.



Vna cùm fuerit in Libra, & Saturnus eam aſpexerit ex quarto aſpectu, vel ex oppoſitione, morbus productus erit ex nimio

mio potu vini, maiorq́; erit morbus is, cùm Luna fuerit in diminutione lumi nis & graduum. Is tandem afficitur oculis, dolet temporibus, queritur pectore, tusſis ex pituita in pulmone concitatur, illi mouentur & ſternutamenta, afficitur & febre quadam leui. Is demum eget medicina temperata, & regimine vitæ vtatur temperato. Sin autem Lunam inſpexerit Mars aſpectu quarto, vel oppoſito, morietur ille. Quòd ſi eam non aſpexerit, viuet & liber erit, quando Luna venerit ad oppoſitionẽ loci, in quo fuerat à principio langoris. Quum autem Luna fuerit in Libra, eamq́; aſpexerit Mars quarto aſpectu, vel Saturnus oppoſitione morbus erit ex ſanguine, & febris erit vehemens, & nocturna, praua occurrent ſomnia, & ſi vix poterit dormire, plerunque & apoſtema congeritur illi ex pituita alba. Is tandem neceſſariò medendus eſt tẽperato medica

Decreſcendo quo causa morborum.

Obitus occasio et vitæ.

Sanguinis indicium.

dicamine. Cumq; Lunã non inspexerit aliquod infortuniũ, euadet ille. Sin autẽ fuerit oppositum, cùm venerit ad oppositionẽ morietur spatio 23. dierum, vel 33. Cumq; Luna aspexerit aliquam fortunarum, sanabitur ille, cùm Luna venerit ad oppositionem loci, in quo erat ab initio morbi. Sed cùm Luna in Libra fuerit peregrina, æger pedibus, vel manibus laborat, & febrit, graues oculos, & somnolentes habens, balbutit loquendo. Eget pharmaco, & frigido vitæ regimine, atque humido. Secanda erit vena illi. Cùm Luna egressa fuerit è loco, in quo erat à principio morbi, & inuenerit fortunam, vel secum erit, recipiet sanitatem, cùm Luna venerit ad oppositionem, sin oppositum acciderit, morietur. Quumq; Luna erit in Libra, Solq; vel Mars erit in oppositione eius, grauis erit morbus in capite. Quòd si fuerit Mercuri⁹ cum Luna, idem erit: tamen oculi eius

Luna peregrina quorum morborũ causa.

Methodus curandi.

oppl

Canō non prætermittendus. Seruandis scriptis honorē, spretis verò cō sequeris nominis labem.

opplentur lacrymis. Indiget tandem minutione ſanguinis, & ſoluenti medicamine. Tamen ſi Luna inuenerit Iouem ante Venerem, quando egreditur de loco, in quo erat ab initio languoris, ſanabilis erit, ſin verò eſſet oppoſitum, morietur ille.

Luna diſponit mortales ad triſtitias & mœrores, in Scorpione.

De Luna in Scorpione.

CAPIT. X.



CV'm Luna fuerit in Scorpione, eamq; Saturnus aſpexerit aſpectu quarto, vel erit in oppoſitione ſigni illius, in quo quis incidit in morbum, morbus eius erit ex peccato ſanguinis corrupti, vel ex veneno. Quòd ſi Luna erit in diminutione luminis, & non aſpexerit eam fortuna, morietur ille. Cùm autē erit addens lumini & gradibus, & fortuna aſpexerit eam, viuet ille, tamen dum

Luna

Luna erit in Scorpione, Marsq́; eam, & Iupiter inſpexerint quarto aſpectu. vel oppoſitione, intenſus febriẽtis erit calor. Is eget temperato pharmaco ſol uenti: Sed cùm Luna inde receſſerit, poſtmodum iungitur Ioui, valetudinem recipiet ille. Luna etiam exiſtens peregrina in Scorpione, langoris pedum eſt cauſa, morbuſq́; ab initio leuis eſt, neque æſtimatur. Ideo fouetur, plerunque & abſceſſum producit, eiuſque & veſica afficitur, inq́; eius naturalibus apparent puſtulæ. Sed Luna cùm venerit ad trinum aſpectum loci, in quo fuerat ab exordio, calidis afficitur febribus, At ſi Luna venerit ad Solem per quartum aſpectum, & fortunam non inuenerit, occumbet ille: ſi verò inuenerit eam, apparebit apoſtema in aliquo ex dictis locis, tamen viuet ille. Eget autem is medicamento, vt tumor ille aperiatur in balneo tantùm, quia alius locus nec calidus, neq;

Cauſa lã goris pedum.

Receſſus indicium.

frigidus conuenit. Cumq́; etiam Luna fuerit in Scorpione, eritq́; cum ea Mars, atq; Saturnus, febriens febriet ardentissimis febribus. Propterea sumat medicamenta, quæ minuunt pituitam: sed vena non est secanda illi. Cùm Luna egreditur de loco illo, & eam aspexerit fortuna, ad decimamquartam diem, morbus protrahetur. Sin autem non aspexerit, durabit morbus vsque ad vigesimum diem.

Cū vena nō est secā da, et quo ī morbo.

Indiciū tē poris morbi.

Luna in omnibus partibus Sagittarij mortaliū hebetat memoriam & intellectum.

De Luna in Sagittario.

CAPIT. XI.



V'm Luna fuerit in Sagittario, & eam aspexerit Saturnus quarto aspectu, vel oppositione, morbus erit ex phlegmate, vniuersum enim cor afficietur calore: extrema verò frigida erunt, morbusq́; durabit, donec Luna Saturno iungetur.

tur. Quòd si inuenerit fortunam, non procedet vlterius, quatenus Luna venerit ad oppositionem illius loci, in quo fuerat ab initio morbi. Cùm verò existente Luna in Sagittario aspexerit eam Mars quarto aspectu vel oppositione, & addiderit suo lumini, & gradibus, morbum languentis Medicus nequit discernere absque Astronomia: quoniam modò de capite, modò de vniuerso corpore, modò quoque & aliter queritur: quibus ideo afficitur, quia nimium stetit in balneo, & calefactus statim concepit frigus pectore, & capite: euomit quoque multùm, atque deiicit. Eget ergo stipanti medicamine, sed leui: vtatur diæta leui etiam & syrupo sine aceto. Cùm verò Luna exierit de Scorpione, & Saturnum inuenerit, morietur: At si inuenerit fortunam, viuet: sed immensam patietur fatigationem. Cùm Luna est in Sagittario cum Ioue, aut Venere, langor

En vt medicus necessariò eget Astronomia de mẽte Hippocra.

Hæc vtiq; doctrina nõ est simplex.

erit propter tuſsim, cũ dolore pecto-
ris: ſed quando Luna ex hoc ſigno e-
greſſa erit, & aſpexerit eam Saturnus,
ad vigeſimumquartũ extendetur mor
bus, & euadet. Is indiget mollienti
medicamine, caueat à balneo, quoniã
obeſt.

Iã hic brunales morbos tãgit.

Luna in Capricorno ad ardua laude digna diſponit mortales.

De Luna in Capricorno.

CAPIT. XII.



Vna cùm fuerit in Capricorno, eamq; Saturnus aſpexerit ex quarto aſpectu, vel ex oppoſitione, & fuerit in diminutione luminis, & graduum, ex nimio labore ſudore perfunditur, & frigore corripitur æger, concluſi ſunt humores, concutiunt & cerebrum ſternutamenta fortia, laborat vẽtriculo & thorace: febrit etiam propter nimiũ exercitium, vel ſanguinem. Curetur is rebus

bus temperatis, vt ſyrupo temperato. Tum ſi Luna aſpexerit fortunam, eua det magno tandem cum labore. Si verò fortuna non aſpexerit eam, morietur infra triginta dies. Cùm Luna erit in Capricorno, eamque aſpexerit Mars quarto aſpectu, vel oppoſitione, morbus erit ex vomitu, atq; intenſo calore, patietur ventris ſolutionem, eius & vẽtriculus ardebit, & tumefiet, ardenter & febriet, plurimo & ſudore perfundetur, eius pulſus non ſemper erit æqualis. Is ergo eget refrigeranti medicina. Si Lunam aſpexerit fortuna, ſanabitur ille: ſin minus occumbet ad quinquageſimum, vel ſexageſimũ diem. Cùm Luna erit in Capricorno cum Marte & Sole, morbus erit ex labore facto iuxta ignem, & propter nimiam caliditatem. Ideo febrit propter motũ bilis citrinæ. Caueat ergo à balneo, & non perfundat corpus aqua frigida. Sed quando Luna exierit inde, &

In hoc ſigno, diuturnorum langorum Luna eſt cauſa.

venerit ad oppositum aspectum, euadet, & erit dies quartadecima.

In omnibus partibus Aquarij disponit ad venationem homines, & aucupium Luna.

De Luna in Aquario.

CAPIT. XIII.



N Aquario cùm Luna erit addens lumini & gradibus, eamq́; aspexerit Saturnus aspectu quarto, vel oppositione, lãguentis morbus erit ex nimio labore, fluit sanguis illi, morbusq́; aliquando huius crescit, & decrescit. Ideo verẽdum, ne occumbat in oppositione Lunæ. Quòd si mutatur in melius, viuet ille, fortasse ad diem quartumdecimum: sed morietur die quadragesimoprimo. Cùm verò Luna in Aquario erit peregrina, morbus erit in visceribus, patitur & febres ardentes diuturnas cum defectu animi: sed quando Luna erit cum Sole, is erit validior. Aspice ergo

Indiciũ et occasus & vitæ.

Neque est etiã Luna peregrina in Aquar.

ergo Lunam quando egreditur è Sole, si inuenerit fortunam, priusquàm venerit ad locum, in quo erat, cum incidit in morbum, quia euadet: si autem fortunam non inuenerit, morietur. Cùm verò Luna fuerit in Aquario, & Saturnus secum erit, morbus ex melancholia procedet, & est cholera nigra. Quòd si Luna erit addens lumini & gradibus, eaq́; fortunã inuenerit, priusquàm erit in oppositione loci, in quo ab exordio erat, recipiet valetudinem: At si fortunam non inueniet, occumbet ille.

Melancholiæ indicium.

Recessus vitæq́; indicium.

Luna in Piscibus vilius efficit genus humanũ.

De Luna in Piscibus.

CAPIT. XIIII.



Vando Luna erit in Piscibus addẽs lumini & gradibus, & Saturnus eam aspexerit ex quadrato, vel oppositione, morbus erit ex frigiditate, cum dolore capi-

tis & ventris. Huic ergo danda eſt medicina calida, quæ frigus expellat. Si Luna aſpexerit Solem, viuet: Tamen poſtquam ſanitatem recuperauerit, venarum & articulorum patietur affectus: cùm verò Luna fuerit ibidem addens lumini & gradibus, & eam aſpexerit Mars aſpectu quarto vel oppoſitione, morbi cauſa erit nimius potus, & cibus, aucta eſt ergo bilis cum ſanguine. Huic ſecanda eſt vena. Is verò magis dolebit in die, quàm noctu. Cùm autem fortuna nõ aſpexerit Lunam in loco, in quo cœpit ægrotare, morietur: Sin verò aſpexerit eam, ſanus erit, cùm Luna venerit ad locum, in quo erat ab initio morbi. Cumque Luna ſtante in Piſcibus, Venus & Iupiter erunt in eodem ſigno, cum incidit in morbũ, morbus productus erit ex ſudore, vel ex nimio potu aquæ. Is tandem laborat oculis, & febrit cum frigore. Ab initio, demũ ſequitur calor.

Morbi cauſa.

lor. Is eget medicina ſoluenti, & calorem pellenti. Cùm Luna venerit ad oppoſit. loci, in quo fuerat ab initio morbi, recipiet ſalutem. Cùm Luna erit in Piſcibus cum Marte, nimius calor internus cõcitauit febrẽ. Indiget ſectione venæ. Cùm verò fortuna Lunã aſpexerit, viuet ille: ſi verò oppoſitum erit, occumbet.

Diuerſos caſus mortaliũ Luna variat ſemper: opus eſt ergo Cæleſti ratiõe medicinã regere.

FINIS.

O 5



INDEX CAPItum Aſtronomiæ Hippocratis.

* *
*

FINIS.

INDEX AL-PHABETICVS EORVM quæ ſparſim in hoc Codice habentur.

A

Cælo

Contro

P

L

Melan

Q

V

Z

FINIS.

LVGDVNI,

*Excudebant Philibertus Rol-
letius, & Bartholomæus
Frænus.*



